Hinc inuallare res est includere vallo
Sepibus et septis includitur oꝛtus et aruum
Indaga siluas siluisqꝫ latentia claudit
Hinc indagare res et ploꝛare latenter

¶ Ista nota sunt iꝺē in ghalt: sed differūt in speciali. hec maceria/rie. vel maceries/ei. ꝺr a macron qꝺ est longū. hic paries/tis. de par/ris. i. equus. Et proprie ista nota pertinēt ad domos et mansiones includendas. ¶ hic murus/ri. Et hec menia/ium. ꝺicuntur de munio/is. p ꝺefenꝺere: proprie sunt vibis vel ciuitatis quas muniunt. i. ꝺefenꝺunt. ¶ hoc vallum/li. ꝺe vallus valli. Et est vallus. iꝺ est palus scꝫ lignum acutum quod fingitur a terra. anglice. (a stake)

de validus/a/ū. quasi validus palus. Et hoc vallū/li. cōcatenatus quesit de pulis super aggere. Uel vallum est ipse agger scz illud molle quod e terra erigitur vt custodia pretendatur. Et est vallum inter murū et fossam: sic vallū/li. Uallus Uallum
est locus minutus p vallos. i. palos. Un Galterus in alexandreidos. Non opus est vallo. i. castro. ¶ Nota versus differentiales vallorū. Est vallus palus circa castrū preacut⁹. Nexio palorū sibi mutua sit tibi vallum. i. locus qui munit: talis connexio virgarū dicitur vallum. ⁊ de vallo dicitur vallo/as/are. i. munire cum vallo. Et inuallo/as. i. intus vallare/includere.
¶ Hec seps/sepis/⁊ hoc septū/ti. dicuntur de sepio/sepis/septui. Et sunt ppie sepes et septa munitiones facte circa ortos ⁊ arta sata cū virgis ⁊ viminibus vel spinis. ¶ Hec indago/inis ppie est inquisitio vel interrogatio: sed hic ponitur pro munumme facto circa syluas et portas. Et dicitur de indago/as/aui/are. i. inquirere/explorare res latentes. Seps. Septū Indago

Intima insinuat enucleat atqz reuelat
Designat tetigit edisserit atqz retexit
Publicat et pandit enodat atqz serenat
Nunciat exponit elucidat atqz serenat
Explicat extricat declarat et manifestat
Exprimit et reserat propalat et indicat atqz
Notificat verbis his sensus conuenit idem
Expedit euoluit aperit nudatqz recludit.

¶ Omnia ista verba sunt eiusdē significatiōis cū hoc verbo manifesto/as/are. quod dicitur de manifestus a/ū. Intimo/as/aui/are. de in et time grece qō est mens latine. ¶ Insinuo/as/aui/are. de in et sinuo/as. cōponitur. Enucleo/as/aui/are. de e prepositione ⁊ nucleo/as/are. quod dicitur de hic nucleus clei. Reuelo/as/aui/are. de re et velo/as/are. ¶ Designo/as/are. de de ⁊ signo/as. Unde horatius. Quid non ebrietas designat aperta recludit. i. quid est ita secretū quod ebrietas non reuelat. Iuxta illud. Ebrius ut lapiens pueri dicent tibi verum. ¶ Retego/is/retexi. de re et tego/is. ¶ Edisserо/ris/rui. de re et disserо/ris. ¶ Retexo/is. de re et texo/is/texui. Publico/as. de publicus/a/um. i. publicū facere. ¶ Pādo/dis/pādi/dere. passum/passu in supinis. Fm aliqs pansum/pansu in supinis. Enodo/das/de e et nodo/das. ¶ Promo/mis/prompsi/promere. promptū/tu. in supino. Et componitur depromo/expromo. ¶ Edo/edis edidi/edere. de e et do/das. ¶ Nuncio/as/are. de nuncius/cui. et componitur annuncio/as. Denuncio/as. Renuncio/as/are. ¶ Exponо/nis/exposui/exponere. de ex et pono/nis/posui dicitur. ¶ Elucido/as/are. de e et lucido/as. ¶ Sereno/as/aui/are. de serenus/a/um. ¶ Explico/as/explicaui/vel explicaui. de ex et plico/as. ¶ Extrico/as/aui/are. de ex et trico/as. i. impedire/tardare/morari. ¶ Declaro/as/declaraui/declarare: de de et claro/as. quod non est in vsu. ¶ Exprimo/exprimis/expressi/exprimere. expressum/expressu in supino: de ex et premo/premis. dicitur. Reсro/as. de sero/as. dicitur. ¶ Propalo/as/propalaui/propalare. id est aperte vagari fm Papiam. Indico/as/aui/are. de in et dico/dicas. dicitur. Notifico/as/aui/are. dicitur de notus et facio/facis. Expedio/expedis/expediui/expedire. id est manifestare. Manifesto Intimo. Insinuo Enucleo. Designo. Pando Promo Nuncio cū cōpositis Extrico Declaro Propalo Expedio.

Euolus
Aperio

Unde persius in primo. Quis expedtuit positatū suū chere. i. manifestauit.
¶ Euolno euoluis euoluere componitur de e et volno/voluis/volui/voluere/
volutum/volutu in supinis dicitur. Aperio/aperis/aperui de ad et perio/pe-
ris. Nudo/as/nudaui/nudare de nudus a/um. dicitur. Recludo recludis/reclu
dere. de re et claudo/dis/clausi.

Morior

Interit expirat moritur defungitur atq;
Occumbit vel obit: dissoluitur examinatq;
Excidit exalat: discedit eis sociatur
Interit occumbit mortem signant violentem
Ad naturalem concordant cetera mortem
Et potes illud idem complexa dicere voce
Tollitur e medio nature debita soluit.
Nature nostrū soluit genitale tributum
Clausit presentem supremo funere vitam
Carcere corporeo resolutus spiritus exit
Moriturus est in mundo victurus postea christo

¶ Uel prosaice sic. Presentis vite cursum feliciter terminauit vel cōsummauit
Uel sic. De corporeo spiritus se relaxauit ergastulo. Hic ponūtur verba eiusdē
significationis cum hoc verbo morior/eris/vel ieris/moriturus sum/ mori / vel
moriri. Et primo modo docetur quot modis potest dici de homo moritur: et
hoc primo vnico modo. Secūdo ratione metrica. Et tertio ratione prosaica. Pri
mo ibi. Interit Secundo ibi. Tollitur e. Tertio ibi. Presentis vite. ac. ¶ Inter-

Intereo.
Expiro

reo/is. interiui vel interii/interire. cōponitur de inter q eo/is. ¶ Expiro/as/de
er et spiro. i. morior. ¶ Nota q; morior fm Hugut. fere vbiq; inuenitur fm ter-
tiam et quartam cōiugationē: et caret supino. debet et enim facere mortum
quod exigit moritus: vl moritum/tu. qō exigit moriturus: neutrū tñ est in vsu.

Defungor.
Occumbo.

Unde morituus a/ū. componitur semimortuus/a/um. ex parte mortuus. Et di
citur morior de mors/mortis. et est deponēs. Defungor/ris. defunctus sum de
fungi: de re et fungor deponēs. ¶ Occūbo/bis/bui/bere/bitū/tu. de ob q cūbo/
bis. Et docet autor q ista duo verba scz intererit q occūbit signat mortē violen
tam vel a vi illatā: et qñ aliquis submergitur vel suffocatur vel cōburitur/vel
trucidatur vel hmōi. Ota alia significant mortem que accidit naturaliter hoi.

Obeo.

¶ Obeo/bes/bii/ire. vel obii. de ob q eo/is. cōponitur. Dissoluor/ris/dissolut⁹
sum/dissolui vel būpassiuū de dissoluo is. q coponitur de dis et soluo/is. ¶ Exa

Examino

mino/as/aui/are. verbū neutrū pro morte in alia significatione pro interficere
est actiuum/et componitur de ex et animo/as. quod dicitur de animus/mi.

Excido
Exalo.
Decedo

¶ Excido/is/cidi/cidere. media correpta caret supino. cōponitur de ex/q cado
cadis. ¶ Exalo as/aui. i. exprimere/exalare. Vñ Virgi. Animā medios exalant
in ignes. ¶ Decedo/dis/dere. de de et cedo/dis. cōponitur.
¶ Postea docet qmodo sententia cuiuslibet verbi politi potest dici in oratio
ne metrica. ac. Tollitur e medio. i. isto mūdo qui est medius inter celum et ter
ram. ¶ Uel sic. Nature debita soluit: quia (teste horatio) cuncta suum repe-

tunt. Uel sic. Iste clausit vitā presentē suprēmo fumere. i. vltima morte. Uel sic Spiritus resolutus a carcere corporeo exit. i. decedit. Uel sic. Iste est mortuus mundo. Uel sic decessit mundo victurus postea christo. prosaice presentis vite ¶ Consummo/consummas/consummare. i. terminare/finire/perficere/ad effectū deducere. Notabile

Consummo.

¶ Hoc ergastulum/li. id est carcer corporis in quo anima in hac vita tenet tanq̄ in carcere. Et dicitur ab erge quod est labor et sholon missio. Et est carcer ad quem relegati mittebantur: et ibi continue laborant operantes omnia sibi iniuncta. Ergastula dicuntur vincula et compedes: quibus illi qui erant in ergastulo ligabantur. Ergastulum.

Funus et exitium letum mors excidiumq̄
Rode necem vel perniciem simul et libitinam
His obitum simul interitum coniungito fatum
Quod minime libeat sic est libitina vocata
His exterminium simul occasum sociamus

Mors.

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis cum hoc nomine mors mortis. q̄s dicitur de mordeo/mordes ¶ Hoc funus/funeris. Et dicitur a funis funis. q. est proprie cādauer sic dictū a funib⁹ accēsis. id est candelis quos ante feretrū antre vium papiri reges cera circūdatos ferebāt. ¶ Hoc exitum/exitū. de exitus exitus exitui. ¶ Letum/leti. de leo/les. i. deleo/deles. quia delet vitam. Hoc excidium/excidii. de ex et cido/cidis. dicitur. Funus

Exitium.
Letum,

¶ Necis/neci/necem/a nece: cuius nominatiuꝰ non est in vsu: quē tñ posuit ambrosius super egesippum dicēs. Et erat mortuorū nex plurima. Et ūr de neco necas/necaui/vel necui/necare. ¶ Hec pernicies. et dicitur de perneco pernecas ¶ Hec libitina/libitine. de libeo libes per ptrariū: q. minime liber. Item libitina inuenitur pro feretro quo mortuꝰ deportatur. Et libitina est dea libidinis et tunc dicitur de libido vel libet. ¶ Obitus/tus/tui. de obeo/es dicitur. ¶ Hic interitus/tus/tui. de intereo/is/interui vel interii. Nex.

Obitus

¶ Hoc fatum/ti. a for/faris/fari. dicitur. Hoc exterminiū/nii. de ex et hic terminus/ni. ¶ Hic occasus/sus/sui. de occido/dis. quod de ob et cado/cadis dicitur id est componitur. Exterminium

Est linter/lēbus/schapha/proza liburna phaselus.
Nauis nauicula/puppis/ratis/atq̄ carina
Et cum classe sciataria vel motoria celox
Cymba/biremus eis coniungitur atq̄ triremus
Quam regit ordo triplex: hāc dicimus triremum.
Quam regit ordo duplex: dicimus esse biremū

Nauis

¶ Ista nomina vnū et idem significant cum hoc nomine hec nauis/uis. dicitur

de nomas/nauis/mare. Uñ hec nauicula/le. ⁊ hec nauicella/le. ambo diminutiua. hic et hec nauale/ris ⁊ hoc nauale locus vbi naues stãt scz portꝰ: vel locus vbi fabricãtur hoc textrinũ vocatur. et hoc naulũ precũ p trãsmeatione datum.

Inter lembus — ¶ Hic inter/tris. a limo/mis. i. nauicula: qr vadit sup aquas timẽdo ¶ Hic lembus/bi. a lego/gis. bꝛ. Hec scapha'phe. habet nomẽ qđ vulgꝰ imposuit. Hec phaselus/li. femininũ ghis a phase quod est transitꝰ bꝛ. Uñ Lucanꝰ. Tenui sufflata phaselus.

Prora. — ¶ Hec prora re. est prior pars nauis. Et bꝛ de prior. Hec puppis/pis/pi. est posterior pars nauis. Ponũtur tñ aliqñ prora ⁊ puppis pro tota naui.

Liburna. — ¶ Hec liburna/ne. a liburno quodã populo bꝛ.

Nauicula — ¶ Hec nauicula/le. de nauis bꝛ.

Carina — ¶ Hec ratis/tis/ti. de ratus/a/ũ. ¶ Hec carina/ne. bꝛ de caries/ei. Uel carina quasi curtrina. a curro/rris. bꝛ.

Sclatarea — ¶ Hec classis/sis/si. i. multitudo nauiũ. Et bꝛ de calon qđ est lignũ. ¶ Sclatarea est genꝰ nauis. i. nauis pyratica: ⁊ dicit de hec clata/te. quod similiter est genꝰ nauis. Motoria/rie. bꝛ de moueo ues/ui/uere. ¶ Hec cymba/be. bꝛ de cũbo vel scindo/dis. qr scindit mare: ⁊ tũc subtrahitur s

Celox. — ¶ Hec celox/cis. a celeritate dicitur. angl. (a balynge)

Biremis. — ¶ Hec biremis/mis. Uñ de Lucanꝰ. Quẽ cõtra nõ longa vecta biremi. Appulerat scelerata manu. ⁊c. Et est biremis nauicula habẽs duplicem ordinẽ remorũ. Triremis est nauis habens triplicẽ ordinẽ remorũ. de treis et remus cõponitur.

Nobilis.

Strenuus/ingenuus/illustris idem generosus
Insignis/preclarus/& inclytus/ egregiusqz
Istis patricius preclarus nobilis addit
Debes predictis precliuis addere si vis.

Strenuus — ¶ Ola ista nota sunt' eiusdẽ sigtionis cũ hoc nole hic et hec nobilis ⁊ hoc nobile. quod dicitur de hic et hec notabilis/et hoc le. ¶ Strenuus/a/ũ. de hec strena/ne. bꝛ. Ingenuus/a/ũ. de in et genus. hic et hec illustris/⁊ hoc illustre. de illustro/as. bꝛ.

Generosus. — Generosus/a/ũ. de genus/eris. bꝛ. hic ⁊ hec insignis/⁊ hoc ne. de in ⁊ hoc signũ/ni. ¶ Inclitus a/ũ. de in et cleos quod est gloria bꝛ. ¶ Egregius/a/ũ. de ex ⁊ grex/gis. Uñ egregius quasi extra gregem positꝰ.

Patricius. — Patricius/a/ũ. i. nobilis: ⁊ vocabãtur patricii nobilissimi romani quorũ nola lris aureis scribebãtur: hi et patres ppter excellentiã dignitatis fuerũt appellati. Et bꝛ patricius de pater/tris/tri. ¶ Predarus/a/ũ. de pre: ⁊ clarus/a/ũ. hic ⁊ hec plus ⁊ hoc proclive. i. valde nobilis. de pre ⁊ cleos gloria.

Predarus.

Nemus.

Lucus/silua/nemus/vimen/virgulta/viretũ
Istis arbustum sociemus ab arboze dictum
Nec nemus/silua/sileo/dat luceo lucus
Lucarius luci custos/lucra quoqz lucar.

Lucus' — ¶ Ista nota sunt eiusdẽ sigtionis cũ hoc nole. hoc nemus/ris. ¶ Hic lucus/ci. ⁊ dicitur de luceo/ces. per ptrariũ: qr ibi maxime lucet. Uel potest dici a lucendo crebris luminibus: qr in eo lucebãt cerei propter luci tenebras: qr ibi fiebãt sacrificia/diis. Unde hic lucellus/li. diminutiuũ.

hec silua/ue.a xilon qđ est lignū: qr ibi ligna cedūtur. Uel silua ūr a xilen qđ est vastitas vel silentia: qr in silua sunt loca vasta et deserta: et silentio plena. Iste autor dicit q ūr de sileo/es. ¶ Hoc nemus/ris. fm istū autorē de necto/tis. ūr. fm hug. de hoc nymē/mis. eo q est plenū nam̄nibus ibi sacratis et sculptis. Unde nemorosus/a/ū. ¶ Hoc vimē/vimnis. de vireo/es. ūr. Uñ vimine⁹/a/ū. ¶ hoc viminetū/ti. loc⁹ vbi vimina abūdāt. ¶ hoc virgultū/ti. de hec virga ge. dicitur. ¶ hoc viretū/ti. de vireo/es. ūr. Et est viretū loc⁹ viriditate plen⁹ scz vi ridarū. ¶ Hoc arbustū/ti. de arbor/ris. ūr. hic lucarius/rii. est custos silue. anglice (a forter) ¶ ūr de hic lucus/ci. ¶ Hoc lucar/aris. i. precū qđ accipitur p luco/vel pro lignis vēditis de luco: vel pro pastura luci. Uel lucar est omne lucrū quod habetur de luco. angl. (palbuage or usement.

Silua
Nemus.
Vimen
Virgultum.
Viretum
Arbustum.
Lucar.

Retracto/refero q̄z/tetexo/recenseo/narro.

¶ Uerba ista idē signt qđ narro/ac/aui/are. Et est narro actiuū: qr cōponitur enarro/as/aui/are. renarro/as/aui/are. ¶ Retracto/as/aui/are. de re et tracto cōponitur: vel est frequentatiuū de traho/his. retractū/ ctu. u in o fit retracto/as. Refero/ref ers/retuli/referre. de re ¶ fero/fers. Retexo/is/texui/ere/ retextū/tu. m supinis. de re et texo/is. Recēseo/es/sui/sensum/su. fm hugut. in supinis de re: ¶ censeo/es. cōponitur.

Narro
Retracto
Refero
Recenseo

Negligit/et spernit/aspernatur q̄z refutat
Contemnit/renuit/simul abnuit/atq̄z recusat
Et paruipendit vilipendit in istis.

¶ Ista ꝓba idē signt cū hoc ꝓbo negligo gis. qđ cōponitur de nec ¶ lego/gis. ab lecta c/assumpta g/per adiectionē: ñ enī mutaretur c in g / oporteret q g esset de p̄cedēti syllaba: qđ nō pōt esse. vt dicit hug. Sperno is/spreui/ere. spretū tu. in supinis. Uñ hic ¶ hec et hoc spernax/cī. q frequēter alios spernit. Uñ hec spernacitas/atis. spernaculus/a/ū. i. aliquantulū spernax. Sperno/is/ui/re. spretū tu in supinis. ꝓponit cū ad: ¶ ūr aspernor/aris. verbū deponēs in eodē sensu cū sperno. ¶ Refuto/as/aui/are. de re ¶ futo/as/aui/are. i arguere/cōuincere/cōfundere. Cōtemno/mis/ptēpsi/re. ¶ ptēptū/tu in supinis. de cō ¶ temno/mis. Renuo/is/nui/re. de re ¶ nuo/is. Abnuo/is. de ab ¶ nuo. ¶ Recuso/as/aui/ are. de recudo/dis/recudi/recusum/su. u in o fit recuso/as. Uel cōponitur de re: ¶ cuso/as. frequētatiuū de cado/dis. ¶ Paruipēdo/dis/di/ere. paruipēsum/su. a paruus/a/ū. ¶ pendo. Et siliter vilipēdo/dis/di/re. ¶ nihilipēdo/ dis. ¶ floccipēdo/ is. nauspendo: omnia pro contemnere ponuntur.

Negligo
Sperno.
Refuto
Renuo.
Recuso
Paruipendo.

Stragula cento thoral puluinum culcitra lodex
Est et puluinar/et fultra tapedibus addas
Cum cerulicali cerulici dante calorem

¶ hic ponuntur diuersa nomina que ornamenta lecti sunt ¶ hec stragula/le. vel hoc stragulum/li. vestis est discolor: que et toga dicitur, Et dicit de sterno

Cento

sterno/straui/sternere/et dicitur sicq; amictu vel in strato apta sit. ¶ Hic centho cenonis. Et ꝺr cantor vel puluinar/vel velum de multis pānis: vel cēto est ille qui facit ipsum filtrū. Itē cēto ꝺr fetor et assuetudine liuidinis ventis. Cēto vt quidam dicūt est panniculus cū quo meretrix inguina virorū post coitū tergit. Uersus. Est cento cantor fūtrum filtri quoq; factor. Cento puluinar sic pannus sic quoq; velum. Et cento fetor fit et hinc meretrix quoq; centrix. ¶ Hec cētrix/cētricis. i. meretrix/q dicitur de cento/cēnonis. vel de centū propter multitudinē. ¶ Hoc thoral/thoralis. et hoc thorale/thoralis. est quicqd in lecto sternitur: et etiam longa mappa. Et dicitur de thorus thori. ¶ Hoc puluinū/pului ni. de puluis dicitur. ¶ Hec culcitra/tre. de calco calcas. vel de culus/culi/et circa ḡsi circa culū. Hic loꝺer lodicis. ꝺc quid loco sternitur. a lauo lauas. ꝺr. Hoc pulinar/ris. de pluma plume. ꝺr. ¶ Hoc filtrū/tri. proprie est sponda siue pes lecti. Inuenitur tamē pro lecto. Aliq; pro ornamento lecti. ¶ Hic tapes/tapetis q hoc tapetū/tapeti. et tapetis/tis. eodē sensu a sterno/sternis q pes pedis eo q sternitur pedibus. ¶ Hoc cerulcal/cerulcalis. de ceruix/ceruicis dicitur: q caleo/es.

Thoral.
Pulinum
Culcitra
Filtrum.
Tapes

Lunula luna perichelides torques et inaures
Pectoris est proprie spinter pariterq; monile
Ornatus colli sit torques et auris inauris
Anulus est manuum sunt armille scapularum
Atq; perichelides exornat brachia nymphe

¶ Lunule sunt genꝰ monilis: q proprie lunele sunt auree dependentes ad similitudinē lune facte: quibus mulieres ornare solēt pectus suum. anglice (a lytell mone/or a moche/or a barlyk amende) ¶ Murenula. ang. (a polden heme/or a bawderyke) q ñeb āt in finiꝰ vestimento cū cōtexte ex diuersis coloribus cē. ¶ Perichelides. ang. (a bee/a bowed/a thynge in the ayre/a womans arme/or the profell at the ende). Mutatorta. (holy dayeclothynge). Olfactorium (a boxe with oyntement) Perichelides. dicitur a peri quod est circū: et chyloum cruram: quasi circa crura.

Murenula

Perichelides

Flammea flammeolum cum vitta fascia peplū
Dextreolas addas armillas atq; monile.
Sertum crinale spinter vel fibula mitra
Anulus et gemma lymbus cyrotheca thyara
Istis pilliolum continuas atq; galerum
Detricatura mulieribus est sua cura

Peplum.

¶ Hic ponuntur ornamenta quibus mulieres vtuntur. Hoc flammeum flammei. Unde hoc flammeolum/flammeoli. de hec flamma dicitur. Hec vitta/vitte. de vincio/vincis/ci. id est ligare.

Uitta.

¶ Hec fascia/fascie. quedam ligatura. vnde hec fasciola/fasciole. diminutiuum

de fascio/cis. ¶ Hoc pepli/pli. primitiuū. vel de pello/is. vt quidā volūt: qr pellit frigus a capite. Omnia ista sunt ornamenta capitis. Peplum.

¶ Hec armilla/le. de armus/mi. i. brachiū/ornamētū brachii. Et similiter hoc monile/lis. a moneo/nes. ¶ hec dextriola/le. a dextra/tre. Et hoc sertū/serti. de sero/seris. ¶ Hoc cringle/lis. ornamentū circuiens crines.

¶ Hoc spinter indeclinabile vel spintris in gtō a spina/spīne. anglice (a ppynne) vnde spinterculū/li. diminutiuū. Spinter

¶ Hec fibula/le. anglice (a lasse or a boton) vnde fibulo/as. Et est fibulare/ligare vel vincere cum fibula: et est fibula quoddā firmaculum. Fibula

Hec mitra/tre. de mitos quod est filū et trahо/is. qr cū diuersis filis contrahitur et contexitur.

¶ Hic anulus/anuli. de anus propter rotunditatem. Anulus.

¶ Hec gemma/me. de gūmi dicitur propter claritatē. Unde in libro lapidum Gemmis a gūmi nomē posuere priores. Gemma.

¶ Hic lymbus/bi. est ornamentū circa extremitatē vestis: scz fasciola quedam Lymbus

¶ Hec cyrotheca/ce. ōra a cyros grece quod est manus latine et theca positio/ quasi impositio manus.

¶ Hec tyara/re ornamentū est capitis. Unde Juuenalis. Et frigia vestit bucca tyara. Tyara

¶ Hic pileus/lei. Unde hic pileolus/li. diminutiuū de pilus/li. dicit. Pileus

¶ Hic galerus/ri. a galeon quod est coriū dicitur. Quia totus de corio factus est galerus. Galerus.

¶ Construe sic vltimū verbum. De tricatura sic incipe cōstructionem ibi. Mulieribus sua cura. i. sua sollicitudo est de tricatura crinis. Constructio.

Urceus hyreolus est vrna vel amphora testa.
Olla vel ydria vas vini dicesse lagenam
Obba vel onophorum vel orca fidelia vas est Phyala
Ampullas phialas his bullas associamus

¶ Hic ponit autor diuersa nomina vasorum et ollarū. Hic urceus/cei. Uñ hic urceolus/li. diminutiuū de orce quod est capere vel recipere.

¶ Hec vrna/ne. de virgeo/ges. qr virgeat collum scz quedā mensura quā quartariam quidā dicūt. Itē vrna vas est ppte qđ p cōdendis defūctorū cineribus adhererе solet. Uñ hec vrnula/le. diminutiuū. Urna

¶ Hec amphora dicitur ab am quod est circum et foros ferre: quia circūfertur per ansas: hec ansa per quā fertur olla. Amphora.

¶ Hec testa/te. de tellus/a/ū. et est testa quedā olla. Unde Horatius. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē. Testa diu. ꝛc. Itē matheus vindocinensis. Consuetudo sapit naturā teste saporis. Quā nouus concepit immemor esse negat. Testa.

Hec olla/le. de oleo/oles. dicitur: quia olet liquore primo impositio. Olla.

Hec ydria/dri. est vas aquaticū: ab ydris qđ est aqua ōris. ydria.

Hec lagena/ne. de latus/a/ū. et hec gena: quia latam habet genā. et est vas vini. Uñ Virgilius. Primas iudice francigena sacco portatur auena. Et ut bacchi vena ciato crater lagena. Et lagena est quedā mensura vini vel alterius anglice (a galon) Lagenā.

Hec obba/be. quoddā vas habēs nomē a sono quam facit qñ funditur de eo aliquis liquor. Obbā.

Hoc onoforum/ri. ab onos qđ est asinus ꝛ foros ferre: qr solebāt portare ula vasa. Et vocantur anglice (a costryll). Onoforum

Hec orca/ce. de orcos quod est capere. orca.

Hec fidelia/lie. vas a fidelis: qr fideliter seruat liquorem impositum. Unde per ūr. Dicte nec tumidas q̄ multa fidelia putet. In hyapiplete penu. Hec fidelia.

Ampulla Phiala

¶ Hec ampulla/le.dr de am qđ est circũ ↄ pulla inflatio: vel ab am et pello/lis. qr circũpellitur in ventrẽ. ¶ Hec phiala/le.ab alan qđ est vitrũ: qr vas vitreum est. Hec bulla/le.dr: qr inflata est sicut bulla que est tumor laticis.i.aque.

Sumen et aruina sagimen pinguedo sagina Abdomen vel adeps predictis adde popisma

Pinguedo

¶ Ista nola sunt eiusdẽ significationis cũ hoc nole hec pinguedo/nis.i. sagimẽ/nis. a sacio/as.ↄ pleriq; producũt mediã ỹ illabã. Ũñ quidã. Egredior lumen carrũ paro posco sagimẽ. Detulit ancilla coitũ peto noluit illa. Et de sagimen dr sagiminosus/a/um. et hec saginositas/tis. ¶ Hoc iumẽ/nis. de suis suis dr. Hec aruina/ne. de aruũ. Hec pinguedo/nis. de hic et hec pinguis/ↄ hoc e. hec sagina/ne. ¶ Hoc abdomẽ/nis. de abditus/a/ũ. Et hoc omentũ/ti. quoddã inteſtinũ/ↄ est pinguedo que est ui inteſtinis porci: ↄ maxime porci siluestris ↄ feri. Omẽtum dr ab omen: ↄ est mappa vẽtris: vel illa mẽbrana q̃ continet maiorẽ partẽ inteſtinorũ. ¶ Hic adeps/adipis. cõponitur de ad et hoc epulũ/li. qr pinguedo solet addi epulis. Ũñ adipisculus/li. parvus adeps. vel adipat⁹/a/ũ. adipe coditus. Et hoc adipatũ/ti. quodlibet edulũ adipe impinguatũ. Hoc popisma/tis dicitur a poꝛpos grece quod est pinguedo latine.

Omentum

Popisma

Foꝛnix prostibulum genethea crepido lupanar. Predictis tegetem coniungas atoꝛ proleucam

Foꝛnix

Prostibulum. Genetheum

Crepido

Lupanar

Teges

¶ Ista nola idẽ signt scz domũ meretricũ. Hic foꝛnix/cis. penultima gti correpta dicitur de foꝛnix quod est arcus lapideus: quia in huiusmodi foꝛnicib⁹ meretrices solebãt meretricari. Unde foꝛnicor/aris. i. meretricari. ¶ Hoc prostibulum/li. de prosto/as. dicitur. ¶ Hoc genetheũ/thei. dicitur de genetha quod est mulier ↄ thesis positio. Et est genetheũ locus vbi mulieres imponũtur ad foꝛnicandũ. ¶ Hec crepido/nis. ppꝛie est riparũ vel arbuti saxi vel rupis vt extremitas altitudo vel summitas. Ponitur qñq; tñ pro cauerna vbi vie ꝓueniunt in qua pauperes solebãt latitare et mẽdicare: ↄ etiã meretrices foꝛnicari cũ pertranicuntibus viã. Et dr de crepo/pas/pui/pare. pro sonare: qr ibi frequeno sonit⁹ est vẽtoꝛ et aquarũ. ¶ Hoc lupanar/aris. de hec lupa/pe. qđ idẽ est qđ meretrix dr. ¶ Hec teges/tis. de tego/gis. dr. Et est ppꝛie parua domus q ↄ tugurio dr scz casula quã sibi facũt custodes vinearũ: vel pastores ad sui tegimẽ. Et in hmoi tegete solẽt meretrices meretricari. Et ideo ponitur ꝓ lupanari. Hec proleuca/ce. dr a proth qđ est procul ↄ eu qđ est bonũ quasi ꝓcul a bono

Sarcina Sarcina sarcinula pondus clitellaq; fascis Fasciculus vel onus globus et moles & aceruus

¶ Ista nomina vnum significant. Hec sarcina/ne. propꝛie onus vel põd⁹ quod ex carne fit. ¶ Caro enī pondus facit: ↄ hinc quodlibet pond⁹ sarcina dicitur. vel a sarciendis rebus insimul. Ũñ hec sarcinula/le. et hec sarcinella/le. ambo

diminutiua. Et sarcino/as/aui/are. qō componitur de sarcino/nas. i. deonero/ras. Exarcino/as. idē. Insarcino/nas. i. intus vel valde sarcinare. Et est actiuū cū suis cōpositis sarcino. ¶ Hoc pond⁹/eris. a pondeo/es. ūr. ¶ Hec clitella/le. est tantū pondus q̄tū asinus portare pōt. Et fm quosdā ūr de cleo/es. qō est gloriari: qr glorioſum est portare vel ducere huiusmodi onera. ¶ Hic fasc̄/cis. i. onus. Unde hic fasciculus/li. diminutiuū: et ūr de facio/cis. ¶ Hoc onus/ris. Unde hoc onusculū/li. q onustus. et onero/as. q scribitur sine aspiratione. ¶ Hic globus/bi. proprie quodlibet solidū et rotundū. q ponitur pro admiratiōe aliarum rerū. ¶ Hic acervus/ui. ab acer ūr. Et est acervus, cumulus terre.

Pondus.
Clitella

Panes artocopi pastille liba placente
Jungitur artocrea simul artocasius illi
Et quia materia fruitur vice materiati
Additur his simula pariter simulago subigo

Panis

¶ Autor ponit hic diuersa nola panū. Et ūr panis a pan: qō est totū: qr cū oñi cibo sumitur. ¶ Artocopus cōponitur ab artos/panis: q copos labor. i. panis cū magno labore cōpositus. ¶ Hic pastillus/li. diminutiuū: siue potⁱ⁹ deriuati ā de hec pasta/paste. ¶ Hoc libū/libi. de libo/as. i. sacrificare. Hec placēta/te. de placeo/es. qr placet gustui. ¶ Hec artocrea/cree. ūr de artos panis: q creos caro. i. panis cū carnibus cōfectus. anglice (a pye) ¶ Hi artocasius/sii. de artos et caseus. angl. (a flawne). Et qr materia ponitur sepe p materiato: vt aurū ponitur pro anulo qui est ex auro: ideo hec simula/le. potest dici panis qui fit ex simula. Et simula est flos tenuissimⁱ farine et etiā simulago. Et siligo ūr genⁱ⁹ frugis. Et ponitur pro pane qui fit inde. Et ūr simula/q simulago de simul aduerbio. Theologus simulam florē fert esse farine. Itē panis factus ex siligine dicitur siligo. ¶ Hec siligo/nis. est quoddā genⁱ⁹ tritici sic electū ab alio. Nā in pane species eius est precipua. Unde q̄q tenuissimus et purissimus flos farine ūr: vt fit panis nobilissimus. Unde Iuuenalis. Sed tener et niueus mollisq siligine factus. Et ūr siligo a seligo/gis. fm Catholicon.

Artocopus
Libum
Placenta
Artocrea
Artocasius
Siligo

Pallia palliola clamis est cum ciclade palla
Astabiles manibus mantellos iungimus illis
Dant pelles pallis matrix beuer et cyrogrillus
Id quoq cuniculus dant asinus et lacerones
Sed vestes que sunt de solis pellibus he sunt
Pellicium ceno quibus endromade sociantur

Pallium.

¶ In primo ponit autor ea nola q̄ conuenīt in significatione cū predicⁱ⁹ cū quibus pallia dīt foderari. Et vltimo ponit illarū vestiū nola q̄ tantūmō sunt de pellibus. Primo dicit q̄ ista nola cōueniūt in significatione. ¶ Hoc pallū/li. dicitur de hec palla/le. qō ūr pallium mulieris. Uel ūr pallium de pellibus vnde fiebāt

ptus. Sed modo pallū ꝺr quoꝺꝺā gemmꝭ pāni ex serico. Unde hoc palliolum i. diminutiū. Et pallio/as/are. pallio tegere vel occultare/vel induere/vel ornare. Repallio/as. Suppallio/as. i. sub pallio latitare/vel latēter occultare/q̄ est actiū cū suis cōpositis. ¶ Hec clamis/dis. idē est qꝫ pallū. Hec cyclas/dis. a cilon qꝫ est rotundū. Hec palla/le a palum ꝺr. Hic mātellus/li. dicitur de mas nus/et telon quoꝺ est longū/quasi ad manꝰ tēla vel longꝰ. ¶ Hec matrix/cis. est animal cuiꝰ pellis ꝓueniēs est mātellis. ¶ Hic beuer/ri. ⁊ hic cyrogrillus/li. qui scōm alū autorē vt apparet vocatur. angl. (a squyrel) sm alios puta Jsiꝺorū Papiā/⁊ hugut. est hermacnus sez alial spinosum maius herinacio. Hic cuniculus/li de hec cuna/ne ꝺr. Hic asinus/ni. est animal cuius pellis apta est vestiꝰ Uñ Bernardus. Siluester asinus obrepat. Hic lacero/onis. aliud animal seruiens ad hoc. Hoc pellicium de pellis dicitur. anglice a pyche. ¶ Hec reno/renonis. vestis quiꝺā de pellibus qua vtuntur longobarꝺi. ¶ Hec endromaꝺa/ de. vel endromis/midis. spallis vestis de pellibꝰ arietinis ab endros. grece. qꝫ est aries latine.

Clamis
Matrix Beuer.
Asinus Lacero
Reno
Endromaꝺa

Paruulus et pusio puer infans atqꝫ pusillus
Jnde pusillanimes animi ratione pusilli

¶ Jsta nola ꝓuenit in sigtione. Hic paruulus/li. diminutiū ꝺe parus/ui. Et potest ꝺeclinari paruulus/a/um. ¶ Hic pusio/onis. ꝺe pupus/a/um. i. parus/a/um. ⁊ est pusio paruꝰ infans vel puer. Unde Juuena. Nōne putas aliꝰ tecū cēnes pusio dormit. ¶ Hic puer/pueri. a punio/nis. ꝺr. qꝫ ꝺebet puniri sepene ꝺelinquat. Hic et hec infans/tis. ab in et fans cōponitur. quasi nō fans. i. no loquēs. ¶ Hic pusillus/li. Et pōt ꝺeclinari pusillus/a/um. a pusio ꝺicitur ꝺiminutiū. Et cōponitur cū hic animus/mi. Et ꝺicitur hic pusillanimꝰ a/um. Uel hic et hec pusillanimis/et hoc e. i. pusillam habens animum.

Paruulus.
Pusio.
Puer.
Pusillus.

Ponthus Letofagus syrtes atroceramina syrtis
Syrenes estusqꝫ ceramina cylla carybdis
Fluminis est voxtex ponthi ꝺicelle carybdim

¶ Autor ꝺocet hic que sunt periculā maris. Dicēs qꝫ sunt ista. Hic letofagus fagi. Et lothos ꝺr ꝺe lethe. Et est quedā arbor cuius succus guttatꝰ cōfert oblitionē. Et cōponitur lothos cū fagin qꝫ est comeꝺere. ⁊ ꝺicitur letofagus/gi. fructus illius arboris qui valet ad irritanꝺū amorē. Sed hic videtur ponꝰ pro quoꝺā periculo maris. Uñ Ouiꝺ. ꝺe remeꝺio amoris. Jllic letofagꝰ alo syrenis in antro. Esse putes remis aduice vela tuis. ¶ Syrtes est ꝓpriū nomē cuiusꝺā mulieris mutate sm fabulas in monstrū marinū. ¶ Hec atroceramina/ouꝝ m ꝺñr aliuꝺ iꝺē qꝫ mōtes sub mari: et est periculū in mari. Et ꝺr ꝺe acros qꝫ est mōs: ⁊ hec ceramina/ouꝝ. ꝺñ aliuꝺ iꝺē qꝫ sunt saxa ꝑeminētia in mari ad iustar cornuū. Et ceramina/orū. ꝺe ceros qꝫ est cornu: ⁊ amnis/ni. Uñ ceramina quasi cornuta amnis. ¶ Hec syrtis/tis. ꝺe syren qꝫ est tractus ꝺr: ⁊ sunt syrtes loca periculosa i mari. ¶ Hec syrena/ne. Et hic syren/syrenis. in specie mulieris. ¶ Fingunt tres fuisse syrenes: ex parte virgines/ex parte volucres/ex pars

Letofagus
Syrtes.
Atroceramina
Syrtis
Syrena
Notabile.

te pisces. Quarū vna voce/altera tibijs/tertia lyra cātabat: q̄ illectos nauigā tes sub cantu in naufragia trahebāt. Papias putabat syrenes esse demones/ vel dracones. Esaye. xiii. Et syrenes in delubris voluptatis. Sz sm veritatē me retrices fuerūt. Hic estus/us/ui. dr̄ de vto/vis. ⁊ est tēpestas i mari. ¶ Hec scil la/le. fuit filia Phorci regis (sm fabulas) q̄ est mutata in illud monstrū marinū ¶ Carybdis/dis. est aliud periculū in mari: de quibus scribitur. Scilla

Carybdis

Accipit et nunq̄ reddit mare scilla receptū.
Euomit acceptas dyra carybdis aquas.

¶ Differūt vortex ⁊ carybdis. Vortex est vorago in flumine ⁊ cerreti aqua: Carybdis est vorago ponthi. i. maris. Vortex

Pellis/pellicula/cutis/atq̄ cuticula/pellis
Est cum carne caret/carni cutis associatur
Est caro cum cozio tergum/sunt tergora pelles

Pellis.

¶ Autor dicit q̄ ista nota in generali: pcessit in vna sig̃tione: in speciali differunt. hec pellis/lis. dicitur de pello/pellis. vnde hec pellicula/ pellicule. diminutiū. ¶ hec cutis/tis. Uñ hec cuticula/le. dr̄ cote q̄ est incisio: sed in hoc differūt: q⁊ pellis est q̄ñ est extracta a carne. Sed cutis est ꝓprie q̄ñ est cū carne. Et est ead̄ differēcia inter tergū/gi. ⁊ hoc tergus/oris. Tergū dr̄ esse caro cū cozio sed tergus dr̄ esse pellis cū cozio sine carne. Cutis.

Tergum
Tergus.

Libra bilanx trutina pensum pondusq̄ statera
Lanx simul examen/erit equilibris in istis
Appensum staterem/trutinam dic esse stateram
Est examen apis/examen lingua bilancis.

Pondus

¶ Hic ponit autor nōia pōderū. hec libra/bre. a liber/a/um. dr̄: pficitur duodecim vncijs ⁊ habetur pfecti pōderis: q⁊ cōstat tot vncijs quot mēsib⁹ annus. Et cōponitur cū equus a/um. ⁊ dicitur eq̄libris/bris. Uel sic. Hic et hec eq̄libris ⁊ hoc eq̄libre. i. equalis libra. ¶ Hec bilanx/lancis. i. libra statera: q⁊ binas habet lāces ⁊ cōponitur de bis et lanx/lācis. ⁊ dr̄ lanx de latus/a/um. Et lāces ꝓprie sunt scutelle pendētes de libra. Et hic lanx/lācis ponitur pro libra. Libra.

Bilanx

Lanx.

¶ Hoc pensum/si sm q̄ hic accipitur est pōd⁹: habet tū plures significationes Est enī deliberatio/cogitatio/concilium: q⁊ cū aliquid deliberam⁹/ pensam⁹: et impendendo. i. in dubio sumus. Et hoc pensum dr̄ mulieris lana vel linum ad opus datum vel filatura. Et dicitur a pendeo/des. vel est pond⁹: quia pond⁹. id est mensura dabatur. Hic penso/as. id est cogitare/deliberare/ vel pōderare/trutinare/equitare. Et secundum hanc significationem potest esse de pondeo/es. Pensum.

¶ Hoc pondus/ris. dicitur de pondeo/es. ⁊ est onus vel grauitas vel quod trutinatur vel mensuratur. Pondus.

¶ Hic stater/ris. a sto/stas. et est quoddā pondus sez medietas vncie. ¶ Hec statera/re. est pondus dragmas habens quatuor que sunt: scrupuli duodecim Stater.

Statera

¶ Et est statera trutine scz partica in libra ex trāsuerso posito sic dicta: qz ex duabus lancibus et vno medio stilo pēdeat ⁊ stet. Et sic patet differētia inter staterā et staterē. Et statera sepe dr totū illud instrumentū. Hoc examen/inis fmhugui. est filū mediū quo trutina in statera regitur ⁊ lances equantur. vñ lācis amentū dr. vel examen dr lingua que in foramine trutine vertitur huc et illuc fm qđ consideratur equalitas ponderatorū. Uñ examē dr inditiū/probatio/discretio/inquisitio. vñ examino/as. i. probare/equaliter iudicare/di cutere/diligēter inquirere/inuestigare. Itē examen est collectio apū. ¶ hec trutina/ne. i. statera scz lingua libre: qz semp truditur forcas. Uel trutina est illa partica ꝑ trāsuersum posita. vñ trutinella/le diminutiuū. ⁊ trutino/as. i. librare.

Examen.

Trutina

Prīscus.

Prīscus et antiquus annosus et inueteratus
Decrepitus vetulus vetus emeritusqz senilis
Longeuus sit in his sit prīstinus atqz vetustus

¶ Ista noīa sunt eiusdē significationis. Prīsc⁹/a/ū. de primus dr. Antiquus a/um de ante dr. Annosus/a/ū. i. plenus annis. Senex de annus dr: ⁊ senex de senex dicitur: qz in senib⁹ solet esse sensus cū in antiqs est sapientia ⁊ in multo tpe prudētia. ¶ Inueteratus/a/ū. de in et veterat⁹/a/um. cōponitur. ¶ hic decrepitus/ti. i. valde senex. de de et crepo/as. Et dr decrepitus/a/ū. quasi deorsum crepare: qz desierit crepare. i. sonare: ¶ Uetulus/a/ū. diminutiuum a vetus. ¶ hic hec hoc vetus/ris. i. senex de veto/as/aui/are. i. phibere iuuenes a delictis. ¶ hic emeritus/ti. i. senex. vel emeritus/a/ū. i. extra meritū posit⁹ qui nō potest tā merēri nec exercere officiū: immo liberatus et solutus a labore officii sui sicut miles olim post. lx. annū nō cogebatur militare: sed saluabatur a labore solito et dabatur ei ager vel villa vel aliud vnde viueret: ⁊ tūc erat emerit⁹ quasi extra meritū positus: qz nichil postea labore solito merebat. Uñ hec emeritio onis. talis proprietas et talis liberatio. ¶ hic ⁊ hec senilis et hoc/le. de senex dr. ¶ Longeuus/a/ū. de longus et hoc euū/eui. dr. quasi longū habēs euū. ¶ Prīstin⁹/a/ū: de prudem sicut prīsc⁹. Uetustus/a/ū. de vetus veteris.

Senex

Inueteratus

Decrepitus.

Uetulus.

Emeritus.

Longeuus.

Prīstinus

Piger

Segnis inersqz reles piger ignav⁹ quoqz deses
Torpidus et tepidus torpens cessansqz remissus
Igne animi vacuus ignauus dicitur esse
Desuescit deses sed iners dormitat in arte
Igne sine est segnis: resides reor a residendo
Dictos sed pigros pedibus quasi dicimus egros.

¶ Ista noīa sunt eiusdē significationis cū hoc nole piger/a/um. qđ dr de pigeo/es. verbo personali qđ antiqui dicebāt: sed nos tenem⁹ hoc ꝟbū impsonaliter. vt piget/pigebat. Et dicitur piger quasi pedib⁹ eger. ethimologia est et nō cōpositio. Et est piger tard⁹ ad incedendū. i. trāseundum: sed transfertur ad alia vt est ad animā vel ad animū. ¶ hic et hec segnis/et hoc/ne. componitur de se

Segnis

quod est sine et ignis. ñ segnis quasi sine igne animi. i. calore animi. ¶ Hic hec hoc tiuers/tis. de in et ars/tis. cõponitur. ¶ Hic ꝙ hec/reses/sidis. de resideo es. ēr. Ignar⁹/a/ū. i. inefficax tard⁹/piger/stultus: de in cõponitur et gnarus/a/ū. doctus/sapiēs/studiosus/vigilās ¶ Hic et hec desēs/dis. de desideo/es. Torpidus/a/ū de torpeo/es. Tepidus/a/ū. a tepeo/es. Hic ꝙ hec et hoc torpēs/tis. a torpeo/es. Hic hec ho cessans tis. de casso/as. Remissus a/ū. de remittor/arɔ. ¶ Ignau⁹ quasi igne animi vacuus: et hymologia est nō cōpositio. Desēs fm autorem ēr de cōsuesco/cis. qr desēs cōsuescit. i. nō frequētat in bono. Iners ēr ille ꝙ dormitat siue dormit in arte. i. in opere suo. Segnis quasi sine igne animi.

Tiuers
Desēs
Desēs.
Remissus
Ignau⁹

Rores vel pluuie nymbi dicantur et imbres
Rosida de rore fiunt sed hibernus ab ymbre.

Pluuia

¶ Ista nota idē signt in generali. Hic ros/roris. de rar⁹ a/ū. qr rarus est et non spissus vt pluuia. ñ rosidus/a/ū. i. plenus rore. Et rosidulus/a/ū. Hec pluuia/uie. de pluo/is. ¶ Hic nymbus/bi. de hec nubes/bis. dicitur. ¶ Hic imber/bris. de inebrio/as/are. ēr. qr inebriat terrā. Unde hic imbriculus/li. diminu. ꝙ imbrosus/a/ū. plen⁹ imbribus. Et fm autorē hybern⁹/a/ū. Sed melⁱ derivatur ab hyēs hyemis. ꝙ tūc scribitur cū aspiratione sicut hybern⁹/a/ū. Et est hybernū tps in hyeme ꝙ vere: quasi breue vernū qō tps plerūq; totā hyemem signt.

Ros
Rosidus.
Nymbus
Imber.
hybernus.

Baiulo porto fero sustento subleuo gesto
Gestio cum cupio: gesto si ponderа porto

Portо.

¶ Ista ꝟba idem signt cū hoc ꝟbo porto/as/aui. Baiulo/as. simplex est ꝙ non ꝓpositū vt patet in hoc hymno. Quē terra pontus. ibi: claustrū marie baiulat qr ibi hec syllaba ba producitur: nā stat in tertio pede qui est spōde⁹: qr si ꝑma de baiulat esset breuis tūc ille pes esset trocheus quod esse non potest maxime in illo metro quod est iambicū non recipiat trocheum. Et si baiulo esset dictio composita tunc cōponeretur de basis quod corripit primā syllabā: et iul⁹/iuli. qui fuit filius Enee. Et sic patet q; ille versus est falsus. Cloto colū baiulat. ꝛc. Uel q; baiulo pōt esse compositū ꝙ tūc corripit primā: et potest esse simplex: tūc producit primā syllabam. ¶ Fero/fers/tuli/ferre/latū/tu. actiuū et anomalum. ¶ Sustento/as. frequentatiuū de sustineo/es. ¶ Subleuo/as. de sub ꝙ leuo/as cōponitur. ¶ Gesto/as. frequentatiuū de gero/is. Et nota differentiam inter gestio/tis/tui/tire. ꝙ gesto/as/aui/are. Gestire. i. cupere: ꝙ gestare. i. portare. Et vtrumq; de gero/geris/gessi. dicitur.

Baiulo
Notabile
Gesto.
Gestio

Pergo vel gradior adeo vado proficiscor
Predictis coniungetur eo vel itinero verbis

Pergo

¶ Ista verba idem significant cum hoc verbo pergo/gis/perrexi/pgere quod cōponitur de per et rego/gis. ¶ Gradior/ris/gressus sum/gradi. verbū deponens quod cōponitur cōgredior/ris. Aggredior/ris. Regredior/ris. Egredior/ris/egressus sum/egredi. Adeo is/adiui/adire/aditum/aditu. media correpta

Gradior

Uado. in supinis cõponitur de ad et eo/is. ¶ Uado/is/vasi/dere. Et cõponitur euado dis/euasi/euadere/euasum/su. in supino (to scape) Proficiscor/ris. pfect⁹ sum proficiscī. i. pergere dicitur de ptoficio/cis/feci. Eo/is/aui/ire. eundi/do/dū. itū/tu. in supinis. Itinero/as/aui. de iter/ris. dicitur.

Quero

Uestio/scrutor explozo/querogz rimor Scitor et indago/percontor scallitor addo.

Uestigo. Scrutor. Rimor. Scitor. Percontor. Scallitor.

¶ Ista vba idē signt cū hoc verbo quero/ris/quesiui/querere. quesitū/tu i supinis. Uestigo as/aui/are. qđ a vestio/as/aui/are. vt: qđ derivatur de hoc vestigium/gii. Scrutor aris/scrutatus sum/tari. vbū deponēs. Explozo as/aui/are cōponitur de ex et plozo. ¶ Rimor/aris. vbū deponēs. i. inquirere/inuestigare Et tractū est a porcis q̄ per rimas terre siliquas a radices indrūt. Scitor/aris frequentatiuū irregulare fm signtionē a formationē de scio/scis. scitū/tu. u in o/ a additur r/fit scitor/aris. i. querere. Indago/as. i. inquirere/inuestigare. vnde hec indago/inis. i. indicium ¶ Percontor/aris. de per a contor/aris. qđ idē est qđ querere: vel pquirere. Et vt de hic cōtus/ti/to. i. pertica cū qua piscatur/scrutatur aqua inquirēdo pisces. Et etiā est quoddā genꝰ teli. a pprie qđ ferrū nō habet: sed est acuta cuspide ¶ Scallitor/aris/tatus sum/ri. i. inquirere. Et formatur a scōa psona huiꝰ vbi scalco/scis. abiecta s/et addita tor fit scallitor/ris. a idē est qđ scrutari. i. inquirere/ inuestigare/ interrogare/querere. Et est similiter irregulare frequentatiuū a fm formationē et significationem.

Rhete

Rhete sagena/plaga/cum calle/sagenula/linea. Addas rheticulum/de rheti rhetio dictū.

Sagum. Plaga Cassis Linum

¶ Ista nola idē signt cū hoc nole rhete/tis. qđ dicitur de retineo/es. Uñ hoc rheticulū diminutiuū. Et rhetiarius/rii. qui facit rhetia. ¶ Hec sagena/ne. de hoc sagū/gi. vt. Sagū vestis alicuiꝰ sagaciter facta. De sago saccus: de sacco fit tibi siccus. De sicco/siccus: de sicco fit tibi soccus. De socco socīꝰ sic grāmatice tenet vsus. Uñ hic sagenariꝰ/rii. est ille qui facit sagenas. ¶ Hec plaga/ge. i. rhete vel potiꝰ funis rhetis. pprie quidē plage sunt funes illi quibꝰ rhetia tēduntur circa summā partē: sed ponūtur qñq̄ pro ipsis rhetibus. ¶ Hic cassis/sis/si. a careo/es. dicitur. vel de capio/pis. ¶ Hoc linū/ni. est materia vñ fiūt rhetia. Et qñq̄ ponitur p rhetibus materia scz pro materiato. Uñ Ouidiꝰ. Iuua madent comites fer umq̄ cōmare foratum ¶ Item nota q̄ rhetio/tis/tui/tire. i. capere cōponitur cum in. et vt: irrhetio/tis/tui/tire. i. illaqueare/impedire. vꝰ. Quas irretiri volucres has illaqueasti.

Rusticus.

Rusticus agricola/rudis/ꝛ villanus agrestis Et cum ruricola: socientur villicus istis.

Rudis

¶ Ista nomina idem significant. ¶ Hic rusticus/ci. Et est rusticus operarius in rure vel qui in rure moratur a colit rus. id est arat rus. Hic a hec agricola ledē ager/agri. a colo/is. cōponitur. ¶ Hic rudis/dis/di. vel hic a hec rudis: a hoc

rude: qr rudis est rusticus nō subtilis. ¶ Hic villanus/ni. vel hic villicus/ci. Et possint declinari mobiliter: villanus/na/nū. Villicus/ca/cum. i. rusticus. Et dicitur de hec villa/ville. Hic ꝙ hec agrestis/et hoc agreste. de ager/agri. dicitur hic et hec ruricula/le. de rus/ruris. et colo/colis. Villanus

Custodes ouium nos dicimus opilliones
Archimandrytas constat quos esse vocatos
Mulio sed custos multorum dicitur esse
Ad quos cura boum spectat dic esse bubulcus

Opilio

¶ Superius autor docuit quot nobꝫ potest rusticꝰ appellari. hic docet ꝙ sint ab effectu nieri rustici dicēs ꝙ isti sez opilio/custos ouū. ¶ hic archimādrita/te. grecū. Et ꝛr de archos qđ est princeps ꝙ mādros ouis: quasi princeps ouium: hic mulio/onis. de mulus/i muli. dicitur. ¶ hic bubulcꝰ/bubulci. de bos/bouis ꝙ custos componitur. Et dicitur custos boū. ¶ hic subuleus/subulci. de sub/et sus/suis. ꝙ custos. i. custos suum. i. porcorum. Archimādrita. Bubulcus. Subulcus.

Inter se distant teres/orbiculare/rotundum
Hastam dic teretem: pomum dic esse rotundum
Effigiem ponit retinet sibi spera vel ouī
Sperica de spera sic credas esse vocata

Rotundū

¶ Nomina ista quo ad genus idem signt. Differūt tamē quo ad speciem ꝙ ponūtur pro rotūdo. ¶ hic et hec teres teretis media correpta in genitiuo. Et dicitur a tero/ris. ꝙ proprie pertinet ad hastā: vt hasta dicitur teres. ¶ hic ꝙ hec orbicularis/et hoc orbiculare. i. circularis. Orbis enī est rotūditas circuli ꝙ cuiuslibet rei. ꝙ ꝛr de rota/te. quia quasi rota est. Rotūdus/da/dū. de hec rota/rote: et proprie pomum est rotundū. ¶ hec spera re. ꝙ proprie est spera vnū corpꝰ rotundū vt pomū vl ouū. Et differt sic ab hug. Spera est mediante diametro continua circuli cōductio. Et dicitur spera quasi spacū rotundū. Et dicitur de hoc spacū/ci. Unde sphericus/ca/cum. Teres. Orbicularis. Spera

Regredior/repedo/remetior/atq; reuertor
Repatrio/remeo/redeoq; recurro/recuso

¶ Dicit ꝙ ista verba sunt eiusdē significationis. Regredior/ris. vū deponēs de re ꝙ gradior componitur. Repedo/as/aui/atū. de re et pedo/as. quod derivatur a pes/pedis. sed non est in vsu. ¶ Remetior/tiris/remensus sum/tiri. deponens de re et metior. Reuertor/ris/reuersus sum/reuerti. deponens. et etiam reuerto/tis. in eodem sensu inuenitur: sed reuertor est deponens. et reuerto neutrum potest etiam esse actiuum: vt reuertam te. i. retrouertam te. ¶ Repatrio/as. Regredior. Repedo. Remetior. Reuertor.

aul. de re et patrio/as. cōponitur. Remeo/as. cōponitur de re: ⁊ meo/as. i. eo/is tre. Redio/is/ire. de re et eo interposita. Recurro/ recurris. de re. et curro/ris

Recurso. Recurso/as/aul/are. frequentatiuum de recurro/ris/recurri/recursum/recursu in supino: unde fit recurso/as/are.

Sera

Pessula sunt obices: sera sunt repagula vectes
Addatur claterus de cladendo tibi dictus.

Repagulum ¶ Ista nola sunt eiusdē significationis cū hoc nole repagulū/li. i. obex qui ad impedimentū obiicitur ⁊ opponitur: vel quecūq; firmatura hostii. angl. (a dore bar re) Et dr repagulū a repādo/dis ¶ Hoc pessulum/li. de pello/lis. ¶ Hic obex/cis. penultima producta in omnibus casibus. Et forte tūc scribitur cū duplici/li. vt obliciis sicut obliciō vñ deriuatur. autor hic tamē corripit hic necessitate metri coactus. ¶ Hec sera/re. ⁊ est ppie lignū qđ ex trāsuerso hostii opponit. Unde

Pessulum

Sera. sero/as/aul. hostio opprimere/hostiū claudere/firmare. ¶ Hec vectis/tis. de veho/his. dr. ¶ Hic claterus/tri. de claudo/dis. dicitur: qr claudit hostiū. Et ppie

Claterus. clatr⁹ est repugnaculū qđ hostio opponitur: vel ipsum hostiū: ⁊ precipue hortorū/vineārū/vel viridariorū.

Scutum

Dic parmas clipeos ancile vel egida scutum
Pelta rotundatur clipei pars vmbo vocatur

¶ Ista nola sunt eiusdē significationis. Et sunt arma defensiua quib⁹ ict⁹ hostiū repellitur. Hec parma me. ⁊ dr ā parua arma: vel parma quasi par manui. aug. (a bokeler). ¶ Hic clipe⁹/pei. de clipeo/pis. qđ est furari dr: qr furatur ict⁹ pcutientis. ¶ Hoc ancile/lis. de ante dr: qr ante hoiem debet esse ¶ Hec egida/de. vel hec egis/egidis. de ago/agis: ⁊ est acti casus. Actō hāc egidē vel egida. Et

Parma. Clipeus. Ancile Egida dicitur egis/egidis. ab egle qđ est capra: qr tegit pellib⁹ capraruis. Et fuit egis scutū palladis. hec egida/de. vel egis/egidis. dr: qr agitur ante pect⁹ pugnantis. ¶ Hoc scutū/ti. ab hec scuta/te. qđ forma rotūda dr. vel ab excutio/tis. qr ex se excusat ict⁹ telorū. ¶ Hec pelta/te. de pello/lis. ¶ Hic vmbo/onis. de hic vmbilicus/ci. dicitur: ⁊ est media pars scuti vel pelte. angl. (a bese)

Pelta. Umbo

Sepulchrū

Dicas mansoleum poliandrū tumba sepulchrum.
Sarcofagus bustum tumulus vel pyramis vrna.
Hās monumenta necis cōtūgitur his monumētū.

Mansoleum. ¶ Ista nola sunt idē cū sepulchro de sepelio/lis. qr i eo sepeliūtur corpora mortuorū. Hoc mansoleū lei. dr de mansolo mūtore illi⁹: ⁊ tūc producit penultimā

Poliandrum Uel dr de manes/nīū. q̄ sunt anime infernales: ⁊ tūc corripit penultimā ¶ Hoc poliandrū/dri. dr de polis qđ est ciuitas cuiuslibet viri ⁊ andros qđ est vir: qr est vltima ciuitas cuiuslibet viri. Uel poliandrū dr vel interpretatur multitudo virorū: ⁊ sic dr cimiterū ppter multitudinē virorū ibi sepultorū. ¶ Hec tumba/be. de tumeo/es. dicitur. Et similiter tumulus/li.

¶ Hic sarcofagus/gi.de sarcos.i.caro:et fagin comedere:qz ibi comeditur carnes nostre a vermibus. ¶ Hoc busti/ti.ab vro/is.ōr:qz ibi solet corp⁹ mortuorū cōburi. ¶ Hic pyramis/idis.a pyr qō est ignis:qz sur git in acutū sicut ignis: ¶ Hec vrna/ne.est ppie vas qō p cōdensis defūctorū cineribꝰ adhiberi solet. ¶ Ūñ poeta. Solo tegitur quod nō habet vrnā.i.sepulchrū. ¶ Hoc monumētū ti.i.sepulchrū:qz per transeuntiū mētes moueat ad hoc debere trāsire. Et ōr a moueo/es.qz mouet mentē seu memoriā defuncti.

Sarcofagus.
Bustum
Pyramis
Urna.
Monumentū.

Est callis trames est orbita semita limes
Uiculus et vicus est publica strata platea
Est biuium via duplex est triuium via triplex
Compita quadriuium dic quatuor esse viarum
A calet callis/sed ab orbe fit orbita trames
A transmitto venit/sed iter dat semita semis

Semita.

¶ hic versus est differentialis magis ꝫ eqnocus:q hic ponit differentiam inter hec cena/ne.scriptũ per c/simpliciter in prima syllaba. Et scena/ne.scriptũ per sc/in pma syllaba. Dicit ergo q cena est prandiũ vel pranciũ.ang.(a soupper)t dr cena a cenon grece qđ est cõe latine:quasi a cõione vescẽdi. Antiqui publice in propatulo comedebãt:nõ tolitarie t priuate sicut modo:ne singularitas de delicijs luxurią generaret. Et dr cena pprie in vespere. Jantaculũ in mane. Prandiũ in meridie. Obsoniũ post cenã. ¶ Sed scena cũ sc/derivatur a scenon grece qđ est vmbra latine.i.vmbraculum vel locꝰ obũbratus in theatre aliter ꝫ ligneis et cortinis cooperti⁹. Similis tabernis mercatorum vel incrementariorũ que sunt asseribus et cortinis cooperte. ¶ Dr scena fm Virgilium potest dici a scena quod est domus que erat ibi

constructa: vt in illo vmbraculo latebāt persone seruate que ad vocē exci-
tis exibāt ad gestū et ludos faciendos. ¶ Et hinc scena ꝺr qñq totū theatrū
qñq ꝺr recitatio scripture: qñq ipa scriptura: vel allocutio diuersarū pso-
narū: vel distinctio scripture q̄ fuerat ibi recitata. Unde scenicus/ca/cū. hinc
sunt dicti scenici q̄ faciebāt ludos vel gestū in theatro: vel q̄ recitabāt ibi scri
pturā. Uel scena est domꝰ vbi poete solebāt recitare libros de nouo cōposi-
tos. Con. Tu dicas etiā esse cibū. i. prandiū/q̄ p et: ⁊ dicas scenā esse theatꝝ
Hoc theatrū/tri. Ꝺr de theorare qꝺ est videre. i. speculū vel locꝰ in quo homi
stantes vel sedētes possunt bene videre ⁊ audire gesta facta ⁊ recitationes
aliquoꝝ cātantiū legentiū vel ludentiū. ¶ Theatrū/tri. est lupanar vel pro
stibulum/q̄ ibi post ludos trāsactos prostituūt meretrices. Unde theatriꝰ
a/um. Ꝺr hic et hec theatralis/et hocle. aliq̄d pertinēs ad theatrū.

Cyclas. **Cyclas mantellus simul et maris insula cyclas.**

¶ hic autor ponit equocationē huiꝰ dictionis hec cyclas/adis. penultima
correpta dicēs q̄ equocatur ad duo. Nā idē est qꝺ mātellus/li. vt induit me
dñs cyclade. i. mātello. ¶ Cyclas ꝺr insula maris: q̄ rotūda est. Et ꝺr a cy-
clon qꝺ est rotundū. Sunt enī cyclades rotūde insule ¶ Con. Cyclas est mā
tellus/simul. i. insula maris.

Cochea **Dic cocleam turris scalam/testam quoq̄ pisces**
Est cochear proprie quo pultes ponis in ore.

¶ hic ponit autor equocationē istiꝰ dictionis hec cochea/chee. q̄ equocatur
ad duo. Et inde ponit differentiā inter cocleā ⁊ cochear. Dicit ergo q̄ cochea
est ille gradꝰ quo ascēdimꝰ turrim. ang. (a woyndyng/or a tourngrece) ⁊ fit
multotiēs in ecclesiis: ⁊ fere in oi cāpanili lapideo. Et ꝺr alio nole testudo/
dinis. ¶ Cochea est testa cuiuslibet pisc̄ q̄ conchā hz: vt ostrea ⁊ muscul9/et
alia cōchilia. i. oēs pisces habētes cōchas. ¶ Et cochear est instrumētū q̄ in-
gumma nostra comedimꝰ ⁊ lorbemꝰ. ang. (a spone). Et nota q̄ pultes ponꝫ
tur ibi pro omni cibo comestibili cū cochearibꝰ. ¶ Construe. Dic cocleā esse
scalam turris: q̄ pro ⁊ dic cocleā esse testam pisc̄. Sed cochear proprie est il
lud cū quo ponis pultes in ore tuo. ¶ Et hec cochea ab hic cychus ꝺr qꝺ idē
est quod circulus.

Colūbar. **Columbar colli vinculum colitq̄ foramen**
Da columbar aui/da collo/da quoq̄ naui

¶ hic ponit autor equiuocationē in ista dictione hoc colūbar/aris. dicens
hoc columbar est quoddā vinculū quo colla boū ligantur. angl. (a yocke) et
ꝺr hoc collū/li. ¶ Colūbar est foramē collistrigii quo collū alicuiꝰ malefacti
entis cōstringitur. Et est collistrigiū. ang. (a pyllery). Et ꝺr dicitur de hoc col-
lum/li. a strungo/is. qꝺ stringit collū. ¶ Colūbar est domꝰ columbarū. vel fo
ramē in quo colūbe nidificāt (a douue hole) ⁊ tunc simpliciter scribitur ⁊ cor
ripit primā syllabam co/sic scriberet ibi nisi necessitas metri aliter cogeret

¶ Colũbar est foramen in nauicula p qõ remus exit cũ remigat in mari vt fluuio. ¶ Cõstrue. Colũbar est vinclũ colli. s. boutis (vinclũ p vinculũ p syncopã causa metri) qz vinculũ non põt in tali versu poni: qz pro et ꝛ colũbar est foramen colli in quo collum ponitur in coll strigio. Da aut. i. colũbe/colũbar. i. foramen. Et da collo colũbar. i. vinculum vel foramẽ ꝛ da naui colũbar. i. foramen per quod remus exit.

Equinoce piscem cum testa concha figurat — Concha

¶ hic autor docet qd hec dictio concha sigt aliqñ piscem q̃ interi9 latet in testa: vt pi cis ostrea concha. Et oĉs pisces sixi in testis. angl. (a welke ꝛ al maner of chelfyllhe) põt dici. Aliqñ sigt testã tñ. Uel cõcha sigt aliqñ piscẽ ꝛ testã simul. Et aliqñ testã sine pisce Et sic equocatur cõcha ad duo. Constructio patet.

Confraga dicuntur loca quo se flumina frangũt
Confraga sunt etiam quo roboza cesa residunt. — Cõfraga.

¶ hic autor docet equocationẽ istius dictionis cõfraga/orꝫ. dicẽs qd equocat ad duo. Et õt qd confraga sunt loca eminẽtiora ꝛ altiora in rupib9: ꝛ montibus que pulsantur ꝛ mouẽ vi ventorũ ꝛ flatu mũ. Itẽ confraga sunt illa loca in siluis vbi arbores secte iacẽt ex transcursu yarũ in tpe guerrarũ: ne equitantes possint transire. Itẽ confraga ds de confrango/gis, ꝛ illud de cõ ꝛ frango/gis. Declinatur cõfragus/a/ũ. ꝛ ponitur ibi substãtiue. ¶ Con. Cõfraga dicũtur loco scz i mõtib9: quo. i. vbi flamma. i. vẽti frangũt se scz facie ad magnũ sonũ sonitum vel tumultũ. Etiã cõfraga sunt illa loca in siluis quo. i. vbi roboza. i. magne arbores vel magna ligna cesa. i. secta ab hoib9: residũt. i. residẽt. i. remanẽt. ¶ Nota qd melioris ꝛa vt mihi videtur rescidũt vel residũt.

Est mensura cozus ventus cozus ꝛ chozus agmẽ — Chozus
At instrumentum sitqz chozea chozus
Est mensura chozus triginta manens modiozũ.

¶ hic autor docet qd chorus habet ꝓprias sigtiones. Nã est quedã mẽsura cõtinẽs triginta modios. ¶ Corus est quidã vẽt9 collateralis zephiro. ang. (a west wynde) ꝛ tũc corus producit primã syllabã sine aspiratione. Lucan9. Nõ cor9 in illũ tus habet aut zephirus. Boeti9 in primo li. de ꝓso. metro tertio. Dat celi precipiti glomerãtur syderа coro. In aliis sigtionib9 corripit primã syllabã. ¶ Itẽ chorus. i. societas vel comitiua vel multitudo in sacra collecta. Uñ in hymno scribitur. Nõ chor9 vatũ. cẽ. i. multitudo prophetarum ¶ Itẽ chorus est instrumentũ musicũ: vt quidã dicũt. ang. (a croude). ¶ Cõstrue. Corus est mẽsura: ꝛ sic de aliis. ¶ hoc agmen/inis. i. societas.

Cozna gerit cozuus pecudum sunt cozuua coznu — Cozuus. Cozuu
Militis est quando properat sua bella gerendo.

Equino. Gar. CC. i.

¶ Autor docet hic differentiã inter hoc cornũ ni. corna. ⁊ hic cornus ni. ⁊ hec cornus/nũ. ⁊ hoc cornu indeclinabile ı singulari. in plurali hec cornua/nũ. Dicẽs q̃ cornua sunt fruct⁹ corni. ang. (a heppe) Et cornus est quedã arbor portãs ea. ang. (a heppe tree) vt q̃dã dicũt. ¶ Et cornua sunt pecudũ. i. alaliũ cornutorũ (hornes) vt boũ/ouiũ/cernorũ/⁊ damatũ: ⁊ similiũ alaliũ. Sed hoc cornu/nu. indeclinabile. ⁊ est illud instrumentũ in quo miles ſiãs socios suos congregat ad prelũ progressuros. Iug. dicit q̃ cornua vocãtur extreme partes antennarum maiorũ siniũ que sunt in naui ⁊ cornua sunt extreme partes exercit⁹ q̃forte sunt ad modũ cornũ alaliũ: sed magis ꝓprie in hac sigtione muenitur hic cornus/nus. quarte declin. ⁊ pro cornu militis similiter. Sed cornu indeclinabile in singulari: ⁊ cornua in plurali ꝓprie pertinet ad animalia. Unde corna ⁊c. Militis est cornu cũ suis bella parat. ⁊ iste versus magis placet. Et cornu ũ. de caro/carnis/nl.

Crudus. **Crudelis nouus incoctus: notat hec tria crudus**

¶ Hic autor docet q̃ crudus/a/ũ. habet tres sigtiones. Prima. i. crudelis. Quidã. Crudusq; notabitur hectre⁹. i. crudelis hectreus qđ est ꝓpriũ nomẽ viri. Et crud⁹. i. nou⁹. Uñ in alexandrei. Uulneribꝰ crudis ⁊ eoꝝde tumẽtibus egre. Insum. ⁊c. crudis. i. nouis. ¶ Et est incoct⁹. Iuuenalis. Crudum panẽ in balnea portat. i. incoctũ panẽ. Uel iste carnes sunt crude. i. nõ cocte. ¶ Crudus/da/dũ. de cruor/oris. ũ cruor. i. sanguis. ¶ Construe. Crud⁹ notat hec tria. crudelis/nouus/incoctus.

Cuna. **Cuna subest terris: sed sunt cunabula cune**

¶ Hic ponit autor differentiã inter hec cuna/ne. ⁊ he cune/arũ. dicẽs qđ hec cuna/ne. est foramẽ sub terra in quo cuniculꝰ ũ habitare. Sed he cune/arũ. dicũtur ipsa cunabula q̃ sunt lecti infantiũ. Et hoc ideo ne iacẽtes cũ matribus eorum dẽ suffocẽtur in somno. Cunabula de hec cuna/ne. dicũtur. ¶ Cõstrue. Cuna. i. tale foramẽ subest terris. Sed cune/arũ. in plurali nũero sunt cunabula. i. tales lecti.

Currus. **Curriculus paruus currus paruꝰ quoq; cursus.**

¶ Hic curriculus/li. habet duas sigtiones. Nã idẽ est qđ paruꝰ currus ⁊ tũc est diminutiũ de hic curr⁹/rus/ui. i. vehiculũ. ang. (a chayre) Itẽ curriculus est paruꝰ currus ſm istũ autorẽ. Ptiscian⁹ tñ dicit hoc curriculũ/li. vite hois breue tẽpus significare. Et sancta ecclesia hoc approbat dicẽs. Post humus vite curricula ¶ Con. Curriculus est paruus curr⁹: ⁊ tñ a cursu vult forte curriculus. Hic dicit autor q̃ nõ obstante q̃ curriculus sit idẽ qđ paruus curr⁹: tñ aliud diminutiũ derivatur de hic cursus/sus/sui. ¶ Con. Et tamẽ curriculus vult forte videlicet diminutiuum de hic cursus/da/duo huic cursui.

Cauillo **Perfero cum fallo: duo denotat atq; cauillo**
Sed cauo dat primum: caluio dat reliquum

¶ Hic autor docet q̃ cauillo/as. habet duas sigtiones. Nã cauillare idem

ist qđ pforare: ꝛ tūc dr de cauo/as/are. qđ idē est qđ cauū facere. ¶ Itē caui lare idē est qđ fallere: sed tūc dr de caluo/uis/uere. tertie ꝓiugationis quod idē est qđ fallere. Uñ quidā dixit. Si non vis calui fugias consortia calui. ꝛ si nō vis calui i. decipi fugias ꝓsortia. i. comitiuā calui sc̄z bois: qr tales sunt decipien'es et fallētes. ¶ Con. Hoc ṽbū cauillo las. denotat. i. sigt ista duo verba ꝓforo qđ idē est qđ cauare: ꝛ fallo qđ idē est qđ decipere. Sed cauo qñ idē est qđ perforo dr de cauo/as. i. derivatur de eo: ꝛ qñ cauillo est idē qđ fallere siue decipere derivatur de caluo/is. qđ idē est qđ decipere.

Cancello scribo/cancello grammata findo. Cancelloꝝ meas in cruce pono manus

Cancello.

¶ Hic autor docet q cācello/las. hz tres sigtiones. Uñ cancellare idē est qđ scribere. Uñ hic cācellarius/rii. Et idē est qđ fingere falsa: vt patet in falsis cācellatis. i. falsis. ¶ Itē cancellare est trāsponere man⁹ in modū crucis. Unde dr. Ipse cācellatis manib⁹ adorauit. ¶ Con. Ego cācello dū scribo: ꝛ ego cācello dū findo. i. scindo grāmata. i. litteras: ꝛ ego cācello man⁹ meas dū pono. i. trāspono in cruce. i. in modū crucis.

Dat cano laudare/dat scribere vaticinari

Cano.

¶ Hic autor docet q cano/nis/cecini/canere hz tres sigtiones. Uñ idē est qđ laudare. Ut ibi. Regē scurra canit. scurra. i. ribald⁹ canit. i. laudat. ¶ Et canere idē est qđ scribere. i. describere. vñ Virg. Arma virumꝙ cano metrice. Et est idē qđ vaticinari. i. prophetare. Ut vera sybilla canit. i. sybilla ꝓphetissa canit. i. vaticinatur vera. i. ea q̄ sunt vera. ¶ Con. Cano dat. i. sigt laudare ꝛ scribere ꝛ vaticinari. Et ꝓiugat cano/nis/cecini/canere. cātū tu i supinis

Carpo viam/lanam/flores/vitium vitiosos

Carpo

¶ Hic docet autor q carpo/pis. hz quatuor sigtiones. Uñ carpere idē est qđ capere. Uñ hic ouidi⁹. Lōgas carpere vias. i. carpserūt. i. ceperūt longas vias capere. Et est idē qđ parare lanā. ang. (to teese) Uñ Luca. Lanā carpsere pueli. Itē carpere est colligere: vt volo carpere flores. i. colligere. vñ horati⁹. Et aliqđ plenis pomeria carpere ramis. carpere est ibi colligere. Et carpere est idem quod reprehendere: vt carpo vitiū ꝛ vitiosos. i. reprehendo. Carpo est actuum ꝛ declinatur. Carpo/pis/psi/carpere/carptū / cru. in fine pinis. ¶ Con. Ego carpo. i. capio vā: carpo lanā. i. paro cū manib⁹: carpo flores. i. colligo. carpo vitiū. i. reprehēdo vitium: carpo vitiosos. i. corrigo vitiosos. Et sic carpo habet quinq sigtiones.

Cedo tibi cessi faciet: de cedo cecidi

Cedo

¶ Hic docet autor q cedo hābet duas significationes. Uñ idē est qđ dare loco: ꝛ tunc est verbum neutrum: et construitur cum dativo casu: vt Maiori cede. id est da locum maiori. et tunc facit preteritum cessi: ꝛ i supino cessum

Item cedo est actiuū: ꝛ tūc signt hec tria q̄ patēt per versum. Signat cedo se cāt interficit atq; flagellat. Et tūc regit actiū post se vt cedo. i. flagello te: vel verbero te: ꝛ facit preteritū cecidi penultima ꝓducta. ꝛ cesum/su. in supinis ¶ Et nota hic aliū ẋsum de sig̃tione ipsius. Uerbero/sem̃do/mereo: notat hec tria cedo/cecidi. ¶ Con. Si dico cedo tibi: tunc cedo facit cessi in ꝑterito. Si dico cedo te: tunc facit cecidi.

Celo'/las. Hoc verbum celo notat ista duo tego sculpo
I primo celum/celtes de posteriori

¶ hic docet autor q̄ celo/as. hz duas sig̃tiones. Nā idē est qđ tegere: ꝛ tunc de eo deriuatur hoc celū/li. qz celat terrā. i. tegit. vel qz celat. i. tegit superiora ab inferioribꝰ. Itē idē est qđ sculpere: ꝛ tūc deriuatur ab eo celtes/tis. quod dā instrumentū ferreū aptū ad sculpendū. ang. (a chesel). Unde Job. Quis mihi det vt exarentur sermones mei in libro stilo ferreo ꝛ plūbi lamina vel celte sculpātur in silice. Antiq̄ tñ biblie hñt certe et non celte. ¶ Cō. Hoc verbū celo/as. notat hec duo scz tego/tis. texi. tegere. tectū/tu. ꝛ sculpo/pis/sculpsi sculpere sculptū/tu. in supinis. Celū venit. i. deriuatur a ꝑmo. i. a celo/qñ idē est qđ tegere. Celtes venit. i. deriuat a posteriori. i. de celo qñ idē est qđ sculpere. Celo/as. est verbū actiuū: ꝛ potest cōstrui cū duplici actō.

Cliuus Cleo cles.

Glozioz inclino/cleo/cles/et sozbeo signat
Hinc quia sozbet aquas nos dicimus esse cloacā.
Glozioz hinc clerus/cleo cles inclino cliens dat
Cliuus et herculeum/dant lis et glozia nomen

¶ hic autor docet q̄ hoc ẋbū cleo cles/cleui/ere. est equocū ad tria: ꝛ habet tres sig̃tiones: ꝛ in quālibet ab illo deriuant nola. Dicit g̃ q̄ cleo/es sig̃t ista tria videlz glozior. i. gaudere ꝛ inclinare ꝛ sozbere. Et qñ idē est qđ sozbere tūc deriuatur ab eo hec cloaca/ce. Et est cloaca ille locꝰ q̄ cōmuniter frequentat ad req̄sita nature. ¶ Et cloaca est vnꝰ puteꝰ extra ciuitatē cōstitutus/ad quē ocs sordes vie decurrūt ꝑ vias subterraneas. ꝛ cloaca dr a cleo cles qđ est sozbere: qz sozbet ola immūda. ¶ Itē qñ cleo est idem qđ gloriari tūc deriuatur ab eo hic clerus/ri. qz clerꝰ semꝑ dz gloriari in dño ꝓpter beneficia sibi collata ab eo. ¶ Itē qñ cleo est idē qđ inclinare. angl. (to bowe). tūc dr ab eo hic ꝛ hec cliens tis. i. minister vel seruꝰ. Et apd modernos: ꝛ nos salt̄ dicēs. dr legūda ille q̄ placitat ꝑ alia apud west moñ. in legibꝰ regni: alio nole lynduꝰ legū. ¶ Itē hic cliuꝰ/ui. est collis vel mōs sm qđ cōsideratur in descensu. ang. (the hangynge, of an hylle) Itē dr hic autor q̄ lis ꝛ glozia dāt. i. deriuāt hoc nomē herculeū. i. hoc nomē hercules. Qđ dictū sic intellige q̄ hoc nomē hercules cōponitur de her grece qđ est lis latine ꝛ deos grece qđ est glozia latine. Unde hercules quasi glorioſus in lite: qz ſꝑ in lite. i. in bello de hostibꝰ triūphauit. ꝛ sic lis est ꝛ gtia. her ꝛ cleos dāt. i. deriuāt nomē herculeū. i. hoc nomē hercules. Cleo cles etiā ꝓponit cū ōda qđ ē laus. Unū dr hoc clenodiū/di. i. gloriosa laus seu donū vel datū laude dignū seu gloriosū. i. locale; vt in vita trū regū. o. iiii. Clenodia dutslivia de indes portare fecerunt

¶ Con. Cleo/cles. sīgt glorior/aris. inclino/as. sorbeo/es. Et hinc nos dicimus cloacam esse: qi sorbet aquas: ꝛ nos dicim⁹ cleros a cleo/cles. qñ est idē qđ glorior/aris. Et cleo cles. idē est qđ inclino: ꝛ tūc dr ab eo derivari hic et hec cliens/tis. ꝛ hic clivus/vi. Reliquum exponitur superi⁹.

Censeo computo/censeo nuncupo/censeo mores

Censeo.

¶ Autor hic docet q̄ cēseo/es. habet tres sīgtiones. Nā censere est idē qđ cōputare/numerare. Uñ recenseo/es. qđ facit recensitū/ tu. in supino penul. corre. est idē qđ nūerare. Et recensio/sis/sui//sire in eadē sīgtione qđ facit recensitū/tu. media pducta quarte conugationis. vñ⁹. Uasa recēsita: sed poma recēsita dicas. Primū recēsita producit penul. qr est participiū de recensior/tris/recensitus sum/tri. qđ est verbū quarte cōiugationis. Sed scōm recensita corri. penul. qr est participiū de recēseor/eris/recēsit⁹ sum/seri. quod est scōe cōiugationis: ꝛ vtrāq; idē est qđ nūerare. ¶ Itē cēsere est nūcupare Et censere. i. iudicare: ꝛ proprie de moribꝰ. Uñ hic censor/oris. i. iudex. Unde Galterus in alexandreidos lib. primo. Munerꝫ arguitur accepti censor iniquus. ¶ Construe. Ego censeo dū cōputo/ꝛ ego censeo dū nūcupo: ꝛ ego censeo dūmodo mores. Et conugatur censeo/es/sui/ere. situm/tu. penultima correpta. vñ⁹. Cēseo dat cēsum: sed itū sua cōpositiua: vt recenseo recēsitū. penultima correpta. Et censeo/est verbum actiuū.

Crepo

Dat crepo rūpo sono culpat sonat increpo signat

¶ Hic autor docet q̄ crepo/as. habet duas sīgtiones. Et increpo/pas. suum compositū habet duas sīgtiones. ¶ Crepo/as. idē est qđ rumpo/pis. Unde Ille suspensus crepuit medi⁹. i. ruptus fuit. Et idē est qđ sono/as. vñ. Crepuit seuis vngula cāpo. ¶ Itē sic increpo/as. idē est quod culpo/as. vnde Ouidius. Increpet vsq; licet tua cum tua dicar oportet. Licet increpet. i. licet culpet. ¶ Et idē est qđ sono/as. Uñ illud. Increpuitq; lira. i. sonuit. ¶ Con. Hoc verbū dat. i. sīgt rumpo/pis. a sono/as. ꝛ increpo/pas/pui/pare. pitū/pitu/pans/piturus. ꝟbū neutrū. ¶ Rūpo/pis/pi/rūpere/rmptū/ruptu in supino. verbum actiuū. ¶ Sono/nas/nare. sonitū/tu. in supinis verbū neutrū. Increpo increpas/increpaui/increpare/increpitū/tu. vel increpatū/ tu. in supinis verbum actiuum.

Circūuenio.

Qui fallit verbis aliquē circūuenit ille Et circūuento dum circundo loca multa

¶ Hic autor docet q̄ circūuento est equocū ad duo. Nā idē est qđ decipio/is vel fallo/is. vt hic. Ille suas multas circūuenit arte puellas: circūuenit. i. decipit vel fallit. ¶ Itē circūuenire est idē qđ circuire. Uñ horatiꝰ. Multa senē circūueniūt incommoda. i. multa incōmoda circundāt senē hominē ¶ Con. Ille circūuenit aliquē qui fallit cū ꝟbis suis. ꝛ ego circūuento loca multa dū circūdo ea. ¶ Fallo declinatur sic. Fallo lis/fefelli/fallere/sum/su. in supinis actiuum est. ¶ Circūuento/is. penul. cor. circūueni penultima producta circūuenire/circūueniendi/do/dnm. circūuentū/tu. verbum actiuū. ¶ Circumdo/das/circundedi penultima correpta. circundatum/tu. penultima correpta. actiuum est. ¶ Circūuento componitur de circū et vento.

Cogō Hec duo significat cogit compellit adunat.

¶ hic docet autor q cogo/gis. habet duas sigtiones. Nā idē est qō cōpellere: vt aliqs cogit me facere qō post penituit me fecisse. Et ibi. Currere cogit equū sub milite calcar acutū. cogit ibi. i. ꝓpellit. ¶ Itē cogere est adunare. i. colligere vel cōgregare: vt ibi. Tytere coge pecꝰ. coge. i. collige vel aduna. ¶ Itē Alanꝰ in anticlaudiano libro ꝓmo. Grāmatice partes dissutas cogit in vnū. cogit ibi. i. colligit. ¶ Con. Cogit sigt hec duo scz cōpellit q adunat. q ꝓtugatur sic. Cogo/gis/coegi/cogere/coactū/cru. in supnis verbū actiuum Et cōponitur de con q ago/gis. Sed cōpellit contugat sic. Compello/lis/cōpuli/ꝓpellere/ꝓpulsum/su. in supnis: ꝓponitur de con et pello/lis.

Colo/lis. Agros rus formam superos colit atqꝫ parentes
Hos arat/hic habitat/ornat/honorat/amat.

¶ hic docet autor q colo/lis. habet ḋnqꝫ sigtiones: vt ego colo ciuitatē. i. habito. Colo terrā. i. aro terrā. Colo formā. i. ono. Colo deum. i. veneror. Colo parētes. i. dilīgo parētes. ¶ Con. Aliqs colit agros. i. arat hos agros. Et aliquis colit rus. i. habitat hoc scz rus. Et aliqs colit formā. i. ornat eā. Et aliqs colit. i. veneratur/superos. i. sctōs. Atqꝫ p q/et aliqs colit parētes. i. amat eos. Colo flectitur sic. Colo/lis/colui/colere. cultum/tu. in supnis. actiuū est Sed qñ est idē qō arare vel habitare: tūc est neutrum.

Commendare Commendat laudat in tutelam quoqꝫ mandat

¶ hic docet autor q ꝓmēdo/das. hz duas sigtiones. Nā idē est qō laudare: vt ꝓmēdo fortia facta. i. laudo. ¶ Itē ꝓmēdare idē est qō in tutelā dare: vt ꝓmēdaui tibi res meas. i. in custodiā vel tutelā dedi vel mādaui res meas vobis: vt ibi. In manꝰ tuas dñe ꝓmēdo spiritū meū. ꝓmēdo. i. tutelā mādo tibi ¶ Con. Aliqs ꝓmēdat dū laudat quoqꝫ p q/et aliqs ꝓmēdat dū mādat aliqd in tutelā. Cōmendo/das. verbū actiuū. Et ꝓponitur de cō q mando/das.

Cōmitto. Committo iungo pecco trado facioqꝫ

¶ hic docet autor q ꝓmitto/tis. hz quatuor sigtiones. Nā idem est qō iungere: vt dle ꝓmittit tabulas. i. iūgit. Et ꝓmittere est peccare: vt ibi. Grecia ꝓmisit qñ p vellere misit. ꝓmisit. i. peccauit. Uel vt ibi. Sēcula adhuc ples qō ꝓmisere parētes. ꝓmisere. i. peccauerūt Et ꝓmittere est tradere. Ut vnꝰ dns ꝓmisit mihi beneficiū. i. tradidit. ¶ Itē ꝓmittere est facere: vt iste ꝓmisit plura bona. i. fecit. ¶ Con. Ego coinmitto. i. iungo. nē. Cōmitto/tis/misi/mittere. ꝓmissum/su. in supnis. ꝛbū actiuū: nisi qñ idē est qō peccare: q tūc est verbū neutrū. Et componitur de con/et mitto/tis.

Cōpono. Componit sedat sepelit facit ornat adunat

Compono rursum cum paruis comparo magna cõponere.

¶ Hic dicitur ab autore q cõpono nis. habet sex sigtiones. Nã idem est qđ sedare. i. pacificare. vt ille mũes nestor festinat cõponere. i. sedare lites. Unde horatius. Si nestor cõponere lites. Inter pelidẽ festinat. & inter atridẽ. i. agamennonẽ regẽ grecie. ¶ Itẽ cõponere est sepelire: vt ille est cõpositus in sepulchro. i. sepultus. ¶ Et cõponere est ornare: vt illa mulier est bene cõposita. i. bene ornata. ¶ Itẽ cõponere est adunare vel comparationẽ facere vel simulationẽ: vt iste cõponit magna paruis. i. cõparat magna paruis/simulat magna paruis: vt cõpono te tibi. i. simulo te tibi. ¶ Construe. Cõstructio satis leuis est. Cõpono/nis/cõposui/cõponere. compositũ/tu. verbũ actiuum. Et cõponitur de con/& pono/nis/posui/ponere.

Comparo dum simulo: comparo signat emo Cõparo.

¶ Hic autor docet q cõparo/as. habet duas sigtiones. Nã idẽ est qđ simulare: vt comparo te bono viro. id est simulo te bono viro. Unde gaufredus anglicus. Comparat exemplis proverbia sola venustas. ¶ Et comparare est idẽ qđ emere. Uñ in euãgelio. Uendidit ola q̃ habuit & cõparauit sibi agrũ. i. emit. Cõparo/ras. est actiuũ. Et cõponitur de con et paro/rare.

Cõditur vybs/conditur olus/sed conditur aurũ. Condere.

¶ Hic docet autor q conditur est equiuocũ ad duo. Deinde ponit differentiam inter cõditur cuius media corripitur et cõditur cuius media producitur. Dicẽs qđ conditur cuius media corripitur est idẽ qđ fit vl est factũ. vt vybs cõditur. i. fit vel est facta. ¶ Itẽ cõditur media correpta. i. abscõditur: vt aurũ conditur. i. abscõditur. Uel vt hic. Lustris cõditur vita. i. abscõditur. Sed conditur cuius media producitur est idẽ qđ sapit vel est sapidũ: vel est factũ sapidũ. Et hoc est melius: vt olus conditur. i. factũ est sapidũ. Unde alibi dicitur. Ut sit condita bene condita creditur esca. ¶ Et ibi est differentia inter condita cuius media producitur & cõdita cuius media corripitur. Condita cuius media producitur est idem quod sapida. Condita cuius media corripitur est idem quod facta.

¶ Unde Construe. Esca conditur condita. i. facta: vt sit bene ꝓdita. i. sapida

¶ Conditur vybs. Cõdor/conderis/cõditus sum/condi. est passiuũ: cuius actiuũ est cõdo/condis/condidi/condere/conditum/tu. in supinis media correpta. Et eodem modo ꝓtigatur conditur quod idẽ est qđ abscõditur. & vtrũq; est passiuũ. Et vtrũq; condo sez pro facere et abscõdere ꝓponitur de con: & do/das/dedi/dare. Sed cõditur cuius media ꝓducitur est passiuũ: cuius actiuum declinatur. Condo/dis/dui/dire. conditũ/tu. in supinis: media ꝓducta. & est verbũ quarte cõiugationis.

Conduco thalamos: caros conduco sodales Cõduco
Conducitq; meis hec medicina malis

Equiuoca magistri

¶ Hic autor docet q̄ cōduco/cis. habet tres sig̃tiones. Nā conduco. i. merce dē inducere. Un̄ in euāgelio tit. qz nemo nos cōducit. Et nota differentiam inter conducere et locare. Ille locat hospitiū q̄ preciū accipit de eo. ang. (take rente or hyre) Ille cōducit q̄ preciū pro eo dat. Un̄ scolares ꝙducūt hospitia: et burgēses locāt ea. Uersus. Qui locat ille capit: qui cōducit preciū dat Unde cōductitius/a/ū. i. equ⁹ cōductionis. Itē conducere. i. simul ducere: vt cōduco socios. i. simul duco. Itē cōducere est cōuenire: vt hec medicina conducit malis meis. i. conuenit malis meis. ¶ Con. Ego duco thalamos. i. cameras ꝛc. Cōduco/cis/duxi/ducere. ꝙductū/tu. in supinis. verbū actiuū nisi q̄n est idē qđ cōuenit: ꝛ tūc est neutrū ꝛ ꝙponit de cō ꝛ duco cis/duxi/ducere.

Confício. Conficiunt medici/reges sacriq̄ ministri
Hi miscent superant illi/sacrantq̄ sacriste.

¶ Hic docet autor q̄ cōficio hz tres sig̃tiones. Nā cōficere est idē qđ cōmiscere: vt medici conficiūt electuaria. i. miscēt. ang. (mengled) ¶ Et cōficere est superare: vt reges conficiūt hostes. i. reges superāt hostes. Un̄ Galterus in alexandreide. Confecit falsos cōfusa in carne ministros: cōfecit. i. superauit/ vel tormētauit: ꝛ sic conficere est tormētare ¶ Itē cōficere est sacrare: vt p̄sbiteri cōficiūt corp⁹ xpi. ¶ Con. Medici. ꝛc. cōficio cis/feci/ficere. fectū/tu. in supinis. actiuū est: ꝛ cōponitur de cō ꝛ facio/cis.

Cōuenio Conuenit accipitur pro pangit/ꝛ assimilatur
Pro coit atq̄ decet: compellat inest et oportet

¶ Hic autor docet q̄ ꝙuenire hz septē sig̃tiones. Nā idē est qđ pāgere. i. pāsci. ang. (to make conuenaunt) vt in euāgelio. Nonne ex denario cōuenisti mecū. i. pepegisti. ¶ Et idē est qđ assimulari: vt iste pānus conuenit illi. i. assimilatur: vt sic. Tui mores ꝙuenīt sibi. i. assimilātur ¶ Itē idē est qđ coire. i. simul venire. vt Cōuenerūt in vnū aduersus ꝛc. i. simul venerūr. ¶ Itē cōuenit idē est qđ decet: vt ibi. Cōuenit ire domū veniēti vespere nobis: cōuenit ibi. i. decet. ¶ Itē cōuenire. i. messe: vt alia ꝙuenit hoi. i. mest hoi. ¶ Et idē est qđ oportet: vt ꝙuenit magr̄m legere libū vel lectionē. i. oportet ¶ Et ꝓpter dictas sig̃tiones cōuenire est idē qđ alloqui: vt cōuenio vos o iudei. Cōuenire est ꝙgruere: vt ille nō ꝙuenit mihi. i. nō ꝙgruit. ¶ Itē cōuenire. i. exigere aliqđ ab aliquo: vt ꝙuenio rē meā a te. i. exigo rem meā a te. ¶ Itē ꝙuenire est adunare. i. colligere: vt cōuenio pecudes. i. colligo in vnū. ¶ Itē nota q̄ conuenio ꝓ istis quatuor sig̃tionib⁹ scz alloq̄/ exigere/adunare/ ad placitū vocare est actiuū. in aliis sig̃tionib⁹ est neutrū. ¶ Itē ꝙuenit p oportet est impersonale. ¶ Itē ꝙuenit est idē qđ contingit: vt in p̄phīo. Cōuenit vt nostros queris quasi nescia casus. Cōuenio/nis/conueni/ꝙuenire/ꝙuentū/tu. ꝛ ꝙponitur de con: ꝛ venio/venis.

Corripio Corripio breuio castigo simul capioq̄

¶ Hic docet autor q̄ corripio/is. habet tres sig̃tiones. Nā idē est qđ breuiare

vt ibi. Usq; modo sicut casus mō modo leui. i. sinistri casus. Sūt verba hec cube vt orantis Junonē deā. Uñ in carmine de troiano excidio. Qō super est cui corripe sine breui. corripe. i. brevia. ꝛ ꝺr ista syllaba corripitur. i. breuiat. ¶ Et est idē qō castigare: vt ibi. Corripe stultū et ipse odio habebit te. Uel aliter. Corripias stultū te nō dimittit multū. ¶ Et est idē qō capere simul capere. ¶ Corripio/pis/pui/pere. reptū/tu. in supino. verbū actiuū. ꝛ componitur de con et rapio/pis.

Constat. i. emittitur/permanet/estq; palam — **Cōstare**

¶ hic autor docet q; cōsto/as. habet tres sig̃tiones. Nā idē est qō emere p certo precio. Ut ista res cōstat trib⁹ denarijs: vel ꝓstat tanti. ¶ Nota q; consto/as. sig̃ns preciū ꝓstruit cū gtō casu vel ablō: vt equ⁹ cōstitit mihi q̄draginta solidis vel solidoꝝ. Et est idē qō ꝑmanere: vt de⁹ ꝓstat ꝛeternū. ¶ Et ꝓstat. i. palā est: ꝛ tūc multotiēs est impsonale. vt ¶ cōstat q; de⁹ est. ¶ Con. Cōstat. i. qō emitur: ꝛ sic de alijs. Cōsto/as/ꝓstiti/are. ꝓstitutū: tu. ꝛ raro cōstatū/tu. ꝟbū neutrū est. Itē ꝓstare. i. existere: vt dom⁹ cōstat ex tecto ꝛ pariete ꝛ fundamēto. i. ꝓstituta est. Et idē est qō perseuerare: vt ille ꝓstat in proposito. i. perseuerat.

Consulo consiliū querens: pariterq; ministrās — **Consulo.**
Consulo te rogitans: tibi consulo consilium do

¶ hic docet autor q; ꝓsulo/lis. est equocū ad duo. Qz in vna sig̃tione. i. querere ꝓsiliū. ang. (to aske coūseyll) ab aliquo: ꝛ tūc ꝓstruitur cū actō casu sig̃nterem a quo consiliū queritur: vt consulo te super vno dubio. i. quero consiliū a te super re dubia. ¶ Et est idē qō dare consiliū: ꝛ tūc cōstruitur cū dtō sig̃nterem cui datur ꝓsiliū: vt cōsulo tibi ne offendas deū. i. do tibi consiliū: ꝛ tunc est verbū neutrū. sed qñ cōstruitur cū actō est ꝟbū actiuū. ¶ Con. Ego querens consiliū cōsulo: q; pro ꝛ ego ministrās. i. dās consiliū consulo te. Deinde docet quem casum regit consulo qñ est idē quod querere consiliū. Et quem casum regit consulo qñ est idē quod dare ꝓsiliū dicens. Ego rogitās. i. querens consilium consulo/te. Et sic patet q; in tali sig̃tione construitur cū actō casu. Et ego dans ꝓsiliū consulo tibi. ꝛ sic patet q; in illa sig̃tione construitur cū dtō casu. Consulo/lis/lui/sultū/tu.

Consultor rogitat: consultus consilium dat — **Cōsultor.** **Cōsultus**

¶ Autor ponit hic differentiā inter hic cōsultor/oris. ꝛ hic ꝓsultus/ti. dicēs. q; consultor est ille qui querit ꝓsiliū. Sz cōsultus/ti. est ille q; dat ꝓsiliū. Et potest adiectiue declinari: vt consult⁹/a/ū. sapiens. ꝛ cōparatur cōsultus/tior/tissim⁹. Et etiā potest esse participiū de ꝓsulor/eris. consultus sum. ¶ Con. Consultor rogat. i. petit ꝓsiliū/et consultus dat consilium.

Argumentando tibi concludo te benedico
Sed te concludo cum rem te in menia claudo — **Cōcludo.**

¶ hic ponit autor q hoc verbū concludo habet duas sigtiones. Nā cōcludere est aliquē argumētando vincere ⁊ tūc ꝓstruit cū actō casu: vt ꝓcludā te. i. argumentādo vincā te. ¶ Itē cōcludere est aliquē claudere in domo vel in carcere vel in castro: ⁊ tūc est ꝟbū actuū. ⁊ ꝓstruit etiā cū actō casu: vt ꝓcludā te in domo ne possis exire. ¶ Con. Ego dico bene ꝓcludo te argumentando tibi: sez tecū: sed dico bene ꝓcludo te: cū claudo te inter menia. i. inter muros sez in domo vel in carcere vel i castro. Itē ꝓcludo/is/clausi/clausum/su. cōponitur de con et claudo/dis.

Contēdo. Contendit certat/conatur diuidit effert

Uersꝰ de maria.

¶ Autor docet hic q ꝓtēdo/dis. habet quatuor sigtiones. Nā ꝓtēdere. i. certare vel litigare. ang. (to stryue) Uñ catho. Cōtra ꝟbosos noli ꝓtēdere ꝟbis Et in tali sigtione cōstruitur cū dtō casu vel ablō mediante ista prepōne cū ita q ille drūs vel ablatiuus sigt rem cū qua fit cōtētio. vt volo cōtendere tibi vel tecum in forti tudine vtrumq; ōr. Et hoc idem facit certo / tas. qñ sigt ꝓtēdere. Uñ in aurora. Colli planic es cū albedine certat oloꝛi. Siue niꝛi vallo q̄ pede trita fuit. Et loq̄tur de albedine scte marie virginis. Dicit q planicies colli sui. i. collū suū certat. i. cōtēdit oloꝛi i. cigno. i cū olore in albedine. Siue certat niui. i. cū niue q̄ nullo pede fuit trita. i. calcata. ¶ Et est conari. Ut iste ꝓtēdit vincere. i. conat vincere. ¶ Et est diuidere. vñ Horatꝰ. Nō q̄si domo ꝓtēdere callidꝰ ostro. ꝓtēdere. i. diuidere. ¶ Itē idē est qđ excedere. vñ Statiꝰ. Atq; equū menibꝰ orbē ꝓsiluis armisq; potēs ꝓtēdit vires ꝓtēdit. i. excedit. ¶ Con. Contendit certat. i. aliqs ꝓtēdit cū certat. Et sic de aliis. Cōtendit ꝑ certare et conari est neutrū: ꝑm alias duas sigtiones est actuū: ⁊ declinat contēdo/dis/ꝓtēdi/dere. contentū/tu. vel ꝓtēsum/su. in supinis. ¶ Itē ꝓtēdere est simul ire ⁊ simul tēdere. ⁊ cōponitur de cō: et tēdo/dis/tetēdi/dere. qđ facit tensum/su. et tentū/tu. in supinis ꝑm Hugut.

Cōtigere. Contingit notat euentum contingere tactum

¶ hic autor docet q ꝓtingo/gis habet duas sigtiones. Nā idē est qđ euenire: vt ille cōtingit mihi male. i. euenit vel accidit. Et in eadē sigtione sumit aliqñ impsonaliter: vt ꝓtingit nobisꝰ vel vobis ire in cāpos/vel ꝓtingit dum ire in cāpos. ¶ Itē contingere. i. tāgere. vt illud factū ꝓtingit ꝓsonā veltrā: ⁊ est verbū actuū ⁊ cōstruitur cū actō casu. Sed in ista sigtione est neutrū ⁊ cōstruitur cū dtō. ¶ Con. Hoc verbū ꝓtingit notat tactū. i. idē est qđ tāgo/gis/tetigi/tāgere. Et declinatur ꝓtingo/gis/cōtigi media correpta ꝓtactū/tu. in supinis. Et cōponitur de con et tango/gis/tetigi/tangere.

Curo Hec tria signat curo/medeoꝛ/volo/pasco

¶ hic autor docet q curo/as. habet tres sigtiones. Nā curare est idē qđ mederi vel sanare: vt medicꝰ curauit egrū. i. sanauit. Et curo est idem qđ volo. i. desidero. Un quidā. Qđ ego desidero curo. i. curo illud qđ desidero. Itē idē est qđ pascere. Unde Catho. Familiam tuā cura. i. pasce. ¶ Construe. hoc verbū curo/as. signat hec tria sez medeoꝛ volo pasco. Medeoꝛ/eris/medicatus sum mederi. verbum deponens. ⁊ caret circūlocutione ꝑteriti. Sz acti:

pit mutuo a medeor/aris. ¶ Pasco/cis/pauī/pascere.pastū/tu. in supinis. verbū actiuū. Et ōr curo de hec cura/re.

Dactilus est digitꝰ pes metricꝰ est quoq; fructꝰ Dactilus

¶ hic docet autor q hic dactulus/li. habet tres sīgtiones. Nā idem est qđ digitus. Dicitur enī a dactīlo grece qđ est digitus latine. ¶ Item dactilus est quidā pes metricus constās ex vna longa p̄cedēte: ꝛ duab⁹ brcuib⁹ subsequentib⁹: vt gaudia. ¶ Itē dactilus est fructꝰ palmarū: qī simillimū dem digitoꝝ imitari videtur. ang. (a date). ¶ Construe. Dactilus est digitus/et est pes metricus: ꝛ est fructus.

Dragma melos pondus sī dragme sit genitiuus Dragma
Questio fit dragma cum dragmatis est genitiuꝰ
Dracma notās pōdꝰ stateris pars quarta vocat. Dracma.

¶ hic ponit autor eq̄uocationem i ista dictione dragma. Et post ponit differētiā inter dragma/me. femininī gn̄is ꝛ p̄me declinationis. Et hoc dragma/tis. tertie declinationis. Dicens q hec dragma/me. femininī gn̄is ꝛ p̄me declinationis signat duo. Nā idem est qđ melos/lodis. vel hoc melos indeclinabile. i. dulcis cātilena: vel dulcis modulatio. angl. (a songe). Et sic tali modo stat dragma ibi vbi canit ecclesia. Frequentare nobis dulcia cātica dragmatis: dragmatȝ. i. dulcib⁹ modulationib⁹. Itē hec dragma/me. est quoddā pondꝰ: vt scribitur Machabeoꝝ. Duodecim dragmas argēti misit Hierosolimam. ꝛc. Uñ⁹. Dat scrupulus nummū: nūmos tres dragma: sed octo Uncia dat dragmatis duodena: sed vncia libra. Isti ꝟsus docēt certa pōdera. Scrupulus est pondꝰ vnꝰ nūmi. Dragma est pondꝰ trīū nūmoꝝ. Uncia est pondꝰ octo dragmarū. Et duodecim ꝟstituūt vnā libra. Sz hoc dragma/tis. neutri gn̄is ꝛ tertie declinationis. est questio siue interrogatio. vñ quod dam genꝰ loquendi ōr dragmaticū: quasi sit interrogatiuū ꝛ responsiuū per p̄sonas introductas. Ut in therentio. ¶ Construe. Dragma est melos. i. dulcis cātilena vel modulatio ꝛ pondꝰ cū dragme sit gēus eius. Et dragma sit idem qđ questio. cū dragmatȝ sit gēus ¶ Dracma notās pondꝰ ꝛc. Item docet autor q dracma qđ est pondꝰ est quarta pars stateris. Et nota q hic stater/teris. fm autorem istū corripit penultimā in gēo. Hugut vero ōr q p̄ducit penultimam in genitiuo: videlicet hic stater. Unde hec statera re. media p̄ducta. Et est statera lingua trutine. ¶ Stater/stateris. medietas vncie. Uñ⁹. Recte dicetur stater vncia si medietur. Unde si vncia ponderat vigintiquatuoꝝ denarios: medietas illius est duodecim denarii: qui faciūt staterē Uñ dragma est pondus trium denariorū: q tres denarii sunt quarta pars duodecim denariorū: q faciunt staterem. ¶ Construe illum versum. Dracma notans. i. significās pondus vocatur quarta pars stateris. Hugut. dicit q dracma/me. per c/ est quoddam pondus scz octana pars vncie. Sed hoc dragma/tis. per g/ tertie declinationis est questio licut superius dicit. Sed prior lustera magis placet.

Dictatoꝝ notat officium/dictatoꝝ honorem Dictatoꝝ.

¶ hic docet autor q dictator habet duas sigtiones. Nã sigt illũ q dictat litteras vel exercet officiũ dictandi. Sicut est ille q dictat lras papales: qr tale officiũ est in curia romana. ¶ Itẽ dictator est nomẽ dignitatis: qr dictatores olim dicebãtur principes. Vñ iulius cesar dicebatur dictator. ¶ Con. Dictator notat officiũ r dictator notat honorẽ: vt dictũ est. ¶ hic dictator oris. nomẽ ꝟbale formatũ a ꝑmo supino illi⁹ ꝟbi dicto as. dictatũ. ũ i or fit dictator.

Dieta/te **Estq; dieta cibus moderatus/iterq; diei**

¶ Autor hic docet q dieta/te. hz duas sigtiones. Nã dieta est sufficiẽs cib⁹ pro vno die cuilibet siue sit sanus/siue infirm⁹. Uel ꝓm philicos dieta est cõpetẽs obseruãtia ciboꝝ sani hois similiter et equi. Dieta est itineratio vnius diei. Vñ dieto/as. i. q diem ire. angl. (to iourne). Et ꝺr de dies diei. ¶ Construe. Dieta est cib⁹ moderatus: q; pro r/et est iter vnius diei. hoc iter. grõ itineris. dtõ itineri. actõ iter. vctõ iter. ablatiuo itinere. itinera tẽ. in plali.

Dies **Est clarus vel clara dies/clariq; dies sunt**

¶ hic autor docet q dies est equocũ: r hoc propter diuersitatẽ gẽm. Nã qñ est masculini gẽris tũc sigt certitudinẽ. Ut sic. Isto die fui Londonijs. r quãdo est femnini gẽris incertitudinẽ significat: vt hic. Dies illa dies ire: qr dies illa est incerta. Potest vel aliter dici q ille ꝟbus est doctrinalis: nõ equiuocus. docet enj q dies in singulari est dubij gẽris: r significatur cũ dicit. Est clarus vel clara dies. Et declinatur. hic vel hec dies: sed in plurali est tñ masculini gẽris qñ innuitur cũ ꝺr. Clariq; dies sunt. id est dies in plurali est masculini gẽris.: r nõ clare. i. femnini gẽris. Vñ in doctrinali scribit. hic dabit hec ve dies: dant hi tantũmodo plures.

Disc⁹/ci. **Est discus ludus/lectternum/mensa parapsis**
Discus et auroza/tibi sit discus quoq; mappa

¶ hic autor docet q disc⁹ habet sex sigtiones. Nã est quidã lud⁹ q est in plãbeis scutellis q; ꝓiecta fuerãt in aerẽ: r ipa scutella plũbea cũ q; ludebatur dicebatur disc⁹. ang. (a coyte) ¶ Et est idẽ qñ lectternũ. i. lectrũ sup qñ clerici legũt i ecclesia epistolas/lectiones: r hmõi. r hic disc⁹ ꝺr de disco c(. qr ibi discit illud qñ legitur. Et disc⁹ est mẽsa sup quã comedit. r hoc ꝓprie ꝓm hugut. q figurã q; ꝺr Metonomia et est qñ continẽs ponitur ꝓ contẽto: vt si mẽsa poneretur ꝓ disco: vel qñ ꝛtentũ ponitur pro cõtinẽte: vt hic vbi disc⁹ ponit ꝓ mẽsa. Itẽ disc⁹ est auroza: r tũc ꝺr a discutio/tis. qr tũc nebule discutiuntur. i. dimouẽtur ab inuicẽ. Itẽ disc⁹ ponitur ꝓ mappa. ang. (a tablecloth) Et hoc ꝓprie sic qñ ponitur pro mẽsa ¶ Cõstructio patet. Hic discus/ci. ꝺr de discus indeclinabile. i. rotũdũ vt rotũditas. Hec parapsis/parapsidis. ꝺr a par paris. r hec apsida/de. i. latus/eris. r est vas quadrangulũ r quadrilatũ: qñ paribꝰ apsidis. i. lateribꝰ: r mutatur b in p: r scribitur cũ ps. Et hic ponitur ꝓ scutella que disc⁹ est ꝓprie. Et illud vas est q; seruitur in mẽsa de carnibus vel potagijs: vel hmõi. Vñ Juuena. Qui multa magnaq; parapside cenat.

Est tria discrimen/diuisio glabra periclum

discrimē.

¶ hic autor docet q hoc nomē discrimē/mis. habet tres sigtiones. Nā idem est quod diuisio. Un discrimino as/are. i. dividere. Et discrimē est idē qđ glabra. angl. (the shed of the heed. Et discrimē. i. periculū. Un Theodol⁹. Nec si perficiāt vite discrimina curāt. ¶ Con. Discrimē est. i. sigt tria scz ista. hec diuisio/onis. hec glabra. ang. (a scall) hoc periclū/cli. per sincopā.

Est dolus equiuocū dolus est prudētia seu fraus
Huius origo dolat/sit tibi siue dolet

Dolus

¶ hic autor docet q dolus/li. est equocū ad duo. Nā idē est qđ prudētia vel ars egregie vel subtiliter doladi. Un dolare. i. subtiliter scindere in ligno cū instrumēto ferreo. Et tūc dolus derivatur a dolo/las/lare. qđ superi⁹ exponitur. Et dolus. i. fraus. vñ dolosus/a/ū. vt iste est dolosus. i. decipiēs q plen⁹ dolis. i. fraudib⁹: q tūc dolus ōr de dolco/es. sm istū autorē.

Dicitur aula domus/turba ministra domus.

Domus.

¶ hic autor docet q hec dom⁹ hz duas sigtiones. Nā idē est qđ edes vel aula in q̄ qs habitat ¶ Dom⁹. i. familia dom⁹. angl. (the houshold) Un ōr. Tota dom⁹ exiuit p fenestrā. i. tota familia. ¶ Con. Domus ōr aula: q dom⁹ ōr turba ministra ministrās. i. seruiēs magro vel dño suo. Wagister/tra/trum

Deficio neutrum tibi sit significando fatiscor
Passiuumq dabit tibi respuo significabit

Deficio.

¶ Autor hic docet q deficio/cis. habet duas sigtiones: trāsitiuā scz q absolutā. Nā deficio/cis. est idē qđ defectū pati vl deesse: vt iste lapis deficit. Deficere. i. destruere/derelinqre/respuere. vt ille deficit me. i. derelinqt vel destituit vel respuit. Un Horati⁹. Sectantē lenta nerui deficiūt. i. destituunt. ¶ In p̄ma sigtione deficere. i. defectū pati vel deesse est neutrū q absolutū. Sz in scōa sigtione est transitiuū q hz passiuū scz deficior/eris/defectus/defici. i. destitui vel derelinqui ¶ Con. Deficio ūt ꝟbū neutrū significādo illud qđ fatiscor/eris/fessus sum/fatisci. ꝟbū deponēs q est idē quod desinere vel deficere. Sed Hugut. dicit q nos dicim⁹ fatisco/cis/fatiscere quod antiqui non dicebāt: sed fatiscor/eris/fessus sum/fatisci: quod q nos dicim⁹. Et sic videt q hic dz dici fatisco q nō fatiscor. ¶ Passiuūq dabit con q p q: deficio dabit passiuū: sino tabit. i. significabit idē quod respuo/is. i. refutare derelinquere Def..io/cis/ere/defectū/tu. cōponitur a de q facio/cis.

Deuoueo spondens/et deuoueo maledicens

Deuoueo

¶ hic autor docet q deuouco/es. habet duas significationes. Primo. i. spō-

dere/promittere: vt deuoueo tibi vnū equū. i. pmitto. Et deuouere. i. maledicere. ang. (to curse) vt deuouco detractores. i. maledico. vñ Ouid. Theseā deouit q̄ te dimittere nollē. ¶ Con. Ego spondēs deouco. i. pmitto: ⁊ ego maledicēs deouco. Et cōiugatur deouco/es. media correpta. deoui media pducta. deotū/tu. in supino. ⁊ in vtraq; sig̃tione est actiū: ⁊ cōponitur cū de ⁊ vouco/ues/voui/votū.

Deuotus Deuotus humilis/execratusq; benignus

¶ Hic autor docet q̄ hoc nomē deuot⁹/a/ū. equocatur ad tria. Nā est idem quod hic et hec humilis/⁊ hoc le. Ut iste bon⁹ homo est nō arrogās: sed deuotus. i. humilis nō superb⁹. Et est idē qđ execratus/a/ū. i. maledictus/a/ū. vt dyabolus est deuot⁹. i. maledict⁹. ¶ Deuotus. i. benign⁹: vt iste est deuotus homo. i. benign⁹. ¶ Cōstructio ptz. Deuot⁹ ꝺr a deouco / deouues. ⁊c.

demolior. Diruo/rodo/paro/demolior hec tria signat.

¶ Hic autor docet q̄ demolior/tris. equocatur ad tria. Nā idē est qđ diruere. vt rex castra hostiū demolitur. i. dirui vel deiicit. ¶ Demoliri. i. rodere vt vestes meas nulla tinea demolitur. i. rodit. ¶ Demoliri. i. parare. vt inimic⁹ meus mihi demolit insidias. ¶ Con. hoc ꝟbū demolior sig̃t hec tria. s. diruo. i. deiicio/rodo/⁊ paro as. Et cōiugatur demolior iris demolitus sum iri verbū deponēs. Et cōponitur de de et molior moliris. i. cū difficultate conari ⁊ proprie de reb⁹: ⁊ molari. i. machinari/parare/fabricare/excogitare/ disponere cū difficultate aliq̄d facere vel ingeniose facere. Ūñ hic molitor/ oris. i. artifex vel fabricator. Ūñ Ouid⁹ nono methamor. Primūq; ptratis molitor. Jason fuit prim⁹ fabricator nauis: ⁊ ōr de molior/iris. Hec moles/ molis. i. difficultas/magnitudo/magnum pondus.

Depono. deponitor Deponit certans/commēdans atq; ministrans.
Depositor pr̄obat hoc/sic quoq; depositum.
Est homo depositor qui pr̄e me fercula ponit
Depositarius est pr̄o quo ponuntur ēdenda.

¶ Hic docet autor equiuocationē in hoc ꝟbo deponit dicēs q̄ equocatur ad tria. Nā deponere. i. certare: vt volo in equla illa tecū deponere. vñ Virg. in buccolicis. De grege nō ausim quicq; deponere tecū. Et est idē qđ cōmēdare. i. in custodiā vel tutelā mādare. Dūposui apud te res meas seruādas. i. cōmendā. ¶ Deponere. i. ministrare: siꝛ subsidiū dare: vt diens ministrās deponit res suas. Itē dicim⁹ illi deponāt p̄ aduersario tuo. i. ministrāt vel auxiliū dāt. ¶ Depositor. ⁊c. Hic autor pr̄obat q̄ deponere est idē quod commēdare: dicēs q̄ hic depositor/oris. nomē verbale est idem quod commēdator/tris. hoc depositū/ti. i. res cōmendata in tutelam. angli. (a wedde). Que quidē duo nomina descendūt ab hoc verbo depono/is. ⁊ pbāt illam significationem q̄ depono est idem quod commendo. Ūñ apost⁹. Potēs est homi-

nus seruare depositū meū.i.cōmendationē vel rem cōmendatā sibi in tutelam. ¶ Est homo.rē. Hic docet autor equocationē istī⁹ dictionis depositor. Postea ponit differentiā inter hic depositor/et hic depositarī⁹. Dicit ergo m ꝓmo q⁹ depositor habet duas sig̃tiones. Nā depositor in vna sig̃tione est ille q̄ ponit fercula in mēsa ante dōm suū q̄ alio nolle ꝓ discofer⁹. Et dicitur de discus/disci.et fero/fers.quasi discū ferēs. Et depositor est idē qđ cōmēdator: vt superī⁹ exponitur. Et depositarī⁹ est ille ante quem ponūtur fercula:sicut dns vel aliquis alī⁹ sedēs in mensa cui seruitur ferculis. Depositarī⁹ dicitur etiā ille cui aliqđ fide cōmendatur rē. Depono/is/deposuere/depositū/depositu.in supinis.actiuū est fm hugut. Deponere.i.deorsum a sede vl a dignitate ponere.

Deprecor vt dicam deprīuat et auget ibidem Deprecor ore deum mortē quoq; deprecor idem. Deprecor

¶ hic docet autor q⁹ hoc ꝟbū deprecor habet duas sig̃tiones. Nā deprecari in vna sig̃tione est idē qđ orare vel valde ꝓcari. Et in alia sig̃tione est idē qđ nō precari.vel odire vel precare aliqđ abesse. Et causa istī⁹ diuersē sig̃tionis est hec prepositio de/que in cōpositione veniens aliq̄n auget sig̃tionem dictionis cū qua cōponitur:et aliquando mīnuit vel prīuat significationem. Unde in vna sig̃tione deprecor.i.valde precor:et tūc ista prepositio de auget significationē illius verbi in alia sig̃tione deprecor.i.nō precor:et tūc deprīuat significationē illius verbi. ¶ Con. Ut dicā.i.si dicā deprecor: ista prepositio de prīuat.i.negat et auget ibidē sig̃tionē illius verbi deprecor.rē. Iste versꝰ est Ouidii in her oidū:et autor innuit eū ad probandū q⁹ de prepositio aliq̄n prīuat:et aliq̄n auget:qr in illo versu vtroq; modo hoc ꝟbū deprecor tenet. ¶ Construe. Ego deprecor.i.valde precor ore meo deū: mortē tūc deprecor mortē.i.odio mortē:vel precor deū vt non moriar. ¶ Et nota ibi q⁹ depcor cōstruitur cū duplici actō:qr est verbū veheмēter transitiuum.

Destino prōpono prōmitto destino pono Destino.

Autor hic docet q⁹ destino/nas.habet duas sig̃tiones. Nā destinare.i. proponere. Ut opⁱ illud facere destinaui.i.proposui. Et destinare.i.promittere vt destino tibi hanc rē.i.promitto. Et est destinare illud idē qđ ponere:vt sua tū destinat futura.i.ponit. Aliter pōt dici q⁹ destinare nō habet nisi duas significationes fm autorem istū.i.proponere et mittere et tunc ꝓmitto sunt due dictiones. Et tūc construe versum sic. Ego destino tibi equū.i. mitto/et hoc mihi placet:licet alii aliter sentiant. ¶ hugut. dicit q⁹ destino/nas.i.ligare/mittere/deputare/ascribere/significare. Et componitur de de interposita s/et teneo/tenes.et est actiuum.

Hec dico significat confirmo copulo sacro. Dico

¶ hic docet autor q⁹ dico/dicas habet tres sig̃tiones. Nā idem est qđ cōfirmare. Ut facta tua dico.i.confirmo. Dicare.i.copulare. Unde Virg. Connubio iungam stabili propriamq; dicabo.i.copulabo.

¶ Et dico.i.sacrare:qđ patet per eius compositū dedico/as. qđ idē est qđ sacrare:vt ecclesia dedicata est.i. sacrata ¶ Con. Dico sīgt hec sex verba confirmo/copulo/sacro. Et declinatur. Dico/dicas/dicaui/dicare ꝟbū prime cōiugationis:t est actiuū. Hugut. dicit q dicare est etiā idē qđ vomere t corripit di.i. primā syllabā. Sed dico/dicis/dixi/dicere ꝓducit hāc syllabā di.

Digero. Digero dispono/computo soluoqz cibum.

¶ hic docet autor q hoc ꝟbū digero/ris. habet tres sīgtiones. Nā digerere est disponere. Unde Uirg. Et digerit ola calcas.i. ille puerēs homo calcas/digerit.i. disponit ola. ¶ Itē digerere.i. cōputare:t ꝓprie q digitos sicut faciūt lombardi. Ut cōputista digerit.i. cōputat. Et digerere.i. cibū soluere in stomacho. Uñ hec digestio/onis.i. cibi solutio. Est enī digestio separatio puri ab impuro. Con. Ego digero vel dispono:t sic de aliis. Digerere ꝟm Hug. .i. explicare/describere/vel in vnū ordinare vel exponere vel diuidere/ordinare vel enacuare/ebrietatē deponere. Et cōiugatur digero/digerꝭ/digessi digerere/digestū/digestu in supinis:t est actiuū. Et cōponitur de di prepositione inseparabili:t gero/geris/gessi/gerere:qđ idē est qđ facere vel administrare.

Diluo Diluit infirmat/distempero sordida purgat

¶ hic docet autor differētiā inter hec thetis et thetios in genitiuo prima producta est mare vel mater Oceani. Et theris thetidis priori correpta est vel fuit mater achillis. Constructio patet.

A tego vult dici textus pro tegmine libri
Pro libri serie texto tibi vult caput esse.

Textus.

¶ Textus habet duas significationes. Nam est tegimen. i. cooperiorium libri: vel huiusmodi: a tūc dicitur de tego/tegis/tegere. ¶ Et text⁹ est illud qđ scribitur in libro: et derivat a texo/texis. ¶ Cōstrue. Textus p tegmine vult dici a tego vult esse caput. i. origo tibi pro serie libri.

Hoc nomen tribulus est carduus atqz flagellum.

Tribul⁹.

¶ Dicit q hic tribulus/tribuli. est quoddā genus spinarū. anglice (a brere) Unde tribulo. id est tribulationem inferre vel pati: et tribulor/aris. deponens in eodem sensu. Et tribulus. id est flagellū scilicet instrumentum quo fruges teruntur. Sed secundū Hugu. dicitur hoc tribulum tribuli. Uel hec tribula tribule. (a flayle). ¶ Cōstrue. Hoc nomē tribulus est carduus. id est spina: et tribulus est flagellum.

Fraudem/radicem/crinis/nexum/meretricem.
Insuper et dicam gressus remoramina dicam.

Trica/ce.

¶ Hec trica/trice.habet plures significatiões.Primo.id est fraus vel decep tio.Trica.i.radix.Trica.id est nexio capillorū(a here lace)Trica.i.meretrix.Trica.id est impedimentū vel mora. ¶ Construe. Ego dicam tricam esse fraudem/radicem/ꝛ nexum crinie:meretricem et insuper dicam tricā esse remoramina.i.impedimentum gressus.id est transitus.

Tricare. Impedit intricat necnon inuoluere signat
Extricat atqꝫ sapit expedit ac aperit.

¶ Autor docet differētiā inter intricare ꝛ extricare que cōponūtur de in ꝛ trico/as.ꝛ de ex:ꝛ trico/as. ¶ Et trica ꝺr de trica trice.Sed quia tractauit de equiuocatione simplicis et primitiui tractat de equiuocatiōe et significatione cōpositorum et derivatorꝫ.Dicit ergo ꝙ intrico/as.habet duas significationes:scz impedire et inuoluere.Et similiter extricare duo significat:scz expedire ꝛ aperire. ¶ Construe.Hoc verbū intricat signat impedit. id est impedire necnon pro ꝛ:et inuoluere pro ex:ꝛ extricat/sapit et signat expedit:et aperit.id est expedire ꝛ aperire.

Tygris. Est fluuius tygris fera tygris:quod genitiuus
Discernit duplex/tygridis atqꝫ tygris.

¶ Tygris hꝫ duas sigtiones.Primo.i.fluuius mesopotamie de paradyso exoriens:et pergens contra assyrios:et post multos circuitus in mare mortuum Vocatur autē hoc nole propter velocitatē ad instar bestie mira pernicitate currētis.vt dicit Isidorus.ꝛ tunc est generis masculini:ꝛ facit tygris in gtō. Hec tygris tygridis.est animal ꝛ fera bestia.Vñ. Indica tygris agit rapida cū tygride pacem. Isidorus dicit ꝙ tygris vocatur ppter volucrē fugā. Tygrim vocant peritet medi sagittam.Est enim bestia distincta variis maculis ꝛ virtute ꝛ velocitate mirabilis:ex cuiꝰ nois fluuiꝰ tygris appellatur:ꝛ rapidissimus est oim fluuiorꝫ.Unde in labyrinto Ebrardi. Tygride tygridior femina quādo seuit. ¶ Construe. Tygris est fluuiꝰ ꝛ et tygris est fera bestia:qō.id est quam equiuocationē:gtūs duplex:scz tygridis atqꝫ tygris discernit.

Typus. Est typus herba tumens gelidis q̄ crescit in ortis
Febris ab hac tenet atqꝫ superbia nomen
Est ꝛ forma typus:ab hac quoqꝫ noia sumūt.
Febres ab excessu cuius pariterqꝫ recessu
Cogitur alternos eger imitari colores
Dicetiscꝫ typum quod dicimus esse figuram.

¶ Autor dicit ꝙ typus equiuocat ad quatuor. Nā est herba quedā que in aqua nascit:ꝛ ab aqua inflat. Vñ ꝛ ambitiosorꝫ holm ꝛ sibi placētiū tumor ꝛ superbia dicit typus.Et ab illa etiam herba frigida febres dicuntur typidi

¶Et typus est figura vel forma vel stat⁹. Ūn typicus/a.um.i.figuratiⁿ⁹/a.um. Et etiā typica febris(quā perdicā dicūt). ¶Cōstrue. Typ⁹ est herba tumens que crescit in gelidis hortis:sēz iuxta aquas que naturaliter sunt gelide ⁊ frigide. Febris.i.illa febris (que typus ōr) tenet suuz nomē ab hac sēz herba que dicitur typ⁹.anglice(a homloke). Et typus est idē qđ forma. Et typus quādo est idē quod febrie iumit.i.potest sumere meiora.id est nomen suū:ab hac sēz forma que est typus ab excessu.qz pro ⁊:et recessu cuius febris que est typus eger.i.infirmus patiēs tales febres:cogitur.id est cōpellitur:mutare alternos colores.i.varios et diuersos colores.qz p ⁊:vos dicetis typum esse illud quod nos dicimus esse figuram.

Mensa tripos/laurusqz tripos/mēsqz supellex. Tripos.

¶Autor ponit hic qz tripos equiuocat ad tria. Nā tripos est mēsa vel arca cōsecrata apollini in qua dabant responsa ab apolline. In putria nouella. Tripodes phebi foliūqz sibille. Tripos.i.laurus quedā herba vt quidā dicunt supponāt capiti dormiētis nisi que vera fuerint somniabit. ¶Et tripos est illud instrumētum sup qđ ponitur mensa sup quā comedimus.anglice(a tresyll. ¶Cōstrue. Tripos est mensa sēz phebi vel apollinis.i.solis: ⁊ tripos laurus:⁊ tripos est supellex.a suppleo/es.qz supellex est oīne illud quod supplet defectuū domus:qz p̄et.et tripos est supellex mense.i.illud super quod ponitur mensa.anglice (a tresyll) vt supra.

Hec tria fert titulus:descriptio laus epigramma Titulus.

¶Hic docet autor qz hoc nomē titulus habet tres sīgnones. Nam titulus id est descriptio libri. Ūn dicit Titulus istius libri talis est. ¶Et titulus.i. laus vt male facientis fame multoties titulus obfuscatur. Ūn esopus in fabulis. Ornet se titulus turpiter ipse suis/titulus.i.laus. ¶Itē titul⁹ est epigrāma. Et est epygrāma titulus quē scribimus sup capita alicuius littere et aliquarū lrārū propter breuiationē syllabe vel dictionis. Et ōr titulus a tytan grece/quod est sol:sed forte tunc deberet scribi per y grecum.

Dicas esse thozos/paliaria/brachia letus Thozus.
Esse thozos dicas etiam mensas aliquando.

¶Hic thorus/ri hz quatuor significatiōes. Primo.id est paliare.qđ est illa replicatio corei q̄ est circa collum bouis. ¶Et thorus.i.brachiū. Ūn Maximian⁹. Implicui validis lubrica mēbra thoris. ¶Et thorus.i.lect⁹. Ouid. Primoqz thoro terre nō sp̄ gramen habenti. Incubat infelix sēz filia ycari. Thorus.i.mensa in qua solebāt antiqui discūbere. ¶Cōstrue. Dicas thoros esse paliaria:⁊ brachia:⁊ lectos. Etiā dicas thoros esse mēsas aliqñ.

Est torax pectus/torax lorica/liquorqz. Torax.

¶Dicit qz hec torax/cis hz tres significationes. Nam torax est pectus vel illa pars corporis q̄ est a collo vsqz ad stomachum.anglice (the bresthone) quā archam dicimus:quia ibi sit archanum ⁊ eminētes pulpe mamille in

ter quas pars filo offenso vicit pectus. ¶ Et torax dicitur lorica filo qne tñ extenditur q̄ toracem defendat. anglice (a brestplate) Et torax est quidam liquor. Et dicitur de torus/roti.

Tumid⁹. Inflatus tumidus: fertur tumidusq; superbus.

¶ Autor dicit q̄ tumidus/a.um. habet duas significationes. primo. i. inflatus: et q̄ ille qui inflatur et ingreditur intus in corpore potest dici inflatus. ¶ Et inflatus. id est superbus: quia inflatur in mente sicut alius in corpe. ¶ Cōstrue. hoc nomē tumidus fertur inflatus in corpore: ⁊ tumidus fertur. i. dicitur superbus.

Turbo. Impetus est venti turbo si turbinis addas
Turbo turbonis p̄pr̄ium: turbus loca signat.

¶ hic ponitur equiuocatio in hoc nole turbo. Et differūt turbo facit̄ turbonis: ⁊ turbo turbinis: ⁊ turbus/bi. in gtō. Nā hic turbo/inis. penultia correpta est ipetus venti. anglice (a wyle wynde). vñ Isidorus. Turbo est voluibilitas ventorū ductus a terra quoties ventus cōsurgit: ⁊ terrā in circuitu mittit. ¶ Sed hic turbo turbonis penultima p̄ducta in gtō: est proprium nomē cuiusdā viri. ¶ Sed hic turbus/turbi in gtō: quidā indus qui alio nole ō: trocus. anglice (a toppe).

Turtur. Turtur aquas pinnis: turtur secat aera pennis
Est hec turtur auis: hic turtur sit tibi piscis.

¶ In istis duob⁹ versib⁹ docet equiuocatio istius nois turtur turturis penultima correpta q̄ hz duas significationes. Nā est quidā piscis. anglice (a turbut) vñ Juuenalis. Curitur⁹ turtura magno. i. pisce: ⁊ tūc est generis masculini. ¶ Sed hec turtur/ris. est q̄dā auis. Unde Isidorus. Turtur vocat⁹ pudica auis: ⁊ semp in montibus magnis et desertis solitudinibus cōmorās societatē hoīm fugiēs: ⁊ q̄nq; cōmorat⁹ i syluis: q̄ etiā hyeme deplumat⁹ in trūcis arborū cōcauis habitare. ¶ Cōstrue. Turtur secat. i. diuidit aquas pinnis: ⁊ turtur secat aera. i. aerē pēnis: ⁊ nota pēna/ne. est qua volucris volat. anglice (a fether) pinna pinne/est qua piscis natat (a fynne) Unde fert piscem pinna volucrem portat nisi penna. ¶ Constructio plana est.

Tradere. Trado te: de te facio cum traditionem
Cum tibi committo rem seruandā tibi trado.

¶ hic autor docet q̄ hoc vbū trado/dis. didi. ere. hz duas significationes. Nā tradere. i. p̄dere vel seducere vel decipere. Unde hic traditor/oris. anglice (a traytour). Et tradere. i. cōmēdare vel aliquid in custodiā alteri dare Unde Ouidius. Seruandū tradidit⁹ ergo vaccā. i. cōmendauit ergo vaccam in custodiā ⁊ tutelam ⁊ est verbū actiuū. ¶ Construe. Ego trado te cū facio traditionem. i. seditionē de te: ⁊ trado tibi cū cōmitto tibi rē seruandam.

Tollo/lis Tollit/emit/nutrit/perimit/leuat/erigit/auferē

¶ hic docet autor q̄ hoc verbū tollo habet plures significatiões. Nā tollere.i.emere. Unde Juuenalis/Tollere vulcem cogitz heredem. Tollere.i. leuare. Tollere.i.perimere. Et tollere.i.erigere. Uñ Claudianus inde Rufino in primo folio libri. Tolluntur in altū vt lapsu grauiori ruant. Et tollere.id est auferre: vt ibi. Magnasq̄ tollit inere cōmoda segnicies. ¶ Nota hic differētiam inter tollere/auferre/⁊ eripere. Nam tollimus voluntate/⁊ eripimus vi/auferimus quod dedimus. ¶ Tollo/lis. caret preterito ⁊ supino: sed accipit mutuo tuli vel sustuli: ⁊ facit supinū latum/latu. vel sublatū sublatu. Et est tollo verbum actiuum.

Torreo signat idem quod defluo/voluo vel vro. Torreo.

¶ hic autor dicit q̄ torreo/torres/torrui/tostum vel torritum/tu. verbum actiuū habet tres significationes. Nā torrere.id est defluere. vnde hic torrens/tis.id est fluuius vel aqua defluens cū impetu ex nubibus imbrū repentina magnū habēs incrementum. Sed aduenīte estate caloze torrescit cui greci ad hyeme nomē dederūt: nos autē ab estate. Illi antē a tempore quo crescit. Nos aūt a tempore quo siccatur. Item torreo.i. voluere. Et torrere.id est vrere. Uñ Theodolus. Ethiopū terras iā fernida torruit estas. Torruit vbi.i. vssit.

Torqueo furem: torqueo funem: torqueo telum. Torqueo.

¶ hic docet autor q̄ torqueo/es. habet tres significatiões. Nā torquere.i. cruciare: vt torqueo furē.i. crucio. Uñ hic tortor/ris.i. cruciator vel tormentator. Uñ. Sunt ibi tortores serpētibus horridiores. Et torquere.i. flectere vel voluere: vt torqueo funē.i. voluo aut flecto funē. anglice (wrethe/or to wynde a corde or a withe). Et torquere.i. mittere aut prōcere iaculū aut telū: vt torqueo telum.i. mitto vel proicio telum. anglice (to caste a darte). Et cōiugat torqueo/es.si.ere.sum.su: vel tum/tu. ut supinis verbū actiuū. Inde torqueo/torques. equinocatur ad duo.

Vro speculor dicis: et pro defendo tueri
Sed tuitus primo: tribues tutusq̄ secundo
Sepe tamen tuor hoc verbū reperitur in vlis
A quo composita sunt contuor intuor ista. Tueor. et tuor/ris.

¶ hic ponit autor equiuocationē in isto infinitiuo mō tueri. Nā idē est q̄ videre: ⁊ tūc deficēdit ab hoc verbo tueor/tueris/tuitus sum/tueri. q̄ p̄bū deberet facere tui in infinitiuo modo: sz cū differētie tui/pro minus deficit ⁊ accipit mutuo a tuor. Sed cōposita a tuor faciūt tui in infinitiuo modo: vt cōtuor/eris. cōtuitus sum, contui. Obtuor/obtueris/obtuitus sum/obtui. Itē tueri.i. defendere: ⁊ tunc deficēdit de tuor/eris. tuitus sum/tueri. ¶ Et nota q̄ eius cōposita: et tuor et eius composita sunt deponentia: sed cōposita a tueor etiā simplex faciūt p̄terita tuit⁹/tuitū/tu. Et tuor ⁊ eius cōposita faciūt preteritū tutus ⁊ supina turi. Et nota q̄ tuor ⁊ eius cōposita sunt tertie cōiugatiōis: ⁊ coniugat tuor/tueris media correpta: qz nichil habet tuor de tueor nisi infinitiuū modum scilicet tueri. ¶ Cōstrue. Tu dicis hoc

verbū meri ꝑ speculor.i. video:ꝛ pro defendo.i. protego:sed tribues.i. dabis primo.i. meri pro videre hoc preteritum tuitus sum:qz ꝑ ꝛ.et tribues secūdo hoc preteritum siue circūlocutionē preteriti tuitus sum:ꝛ similiter faciunt composita ab eis. Tamen hoc verbū tuor reperitur sepe in vsu nostro:a quo tria duo intuor.ꝛ contuor sunt composita.

Uarus **Uacus id est curuus varus nomenqz poete.**

¶ hic autor docet qꝫ varus habet duas significationes. Primo.i. curuus. anglice(crokyd). Un ꝛ anarus quasi varus habēs varas manus.i. curuas manꝰ. Persius. Fallit pede regula varo.i. curuo. Et varo est nomē cuiusdā poete qui post mortem Virgilij correxit eneida.

Uas/sis. **Hic vas est sponsor quod habet vadis in gtō**
Hoc vas est labrum: vasisqz facit genitiuo.

¶ Dicit autor qꝫ vas habet duas significatiōes. Nam hic vas vadis.i. spōsor vel fideiussor. anglice(a borow we) vt ibi. Primo trade vades et liber postea vades. Et tūc vas huius vadis habet primā correptā. Sed vas sēda persona de vado/vadis. producit primam vt patet supra. Uas est labrū in quo pedes lauātur. anglice(a vessell) ꝛ tūc dicitur a lauādo:ꝛ tūc dicit hoc vas vasis in genitiuo. Labrum etiā dicitur labrū/labij. a lambo/lambis. ¶ Cōstrue. hic vas est spōsor:qō sez nomē vas hz vadis in gtō:hoc vas est labrum.i. vasculum:qz pro ꝛ.facit vasis in genitiuo.

Uates/is **Uates sortilegus ve propheta poeta sacerdos.**

¶ hic docet autor qꝫ vates hz quatuor sigtiōes. Nā est sortilegus: vt dicit Juuenalis. Et vates.i. ppheta. Un Theodolus. Flamea q̄ venit vatē: quā driga leuauit. Similiter ibi. Si nō sins vatib⁹ credat vel gentilibus. ꝛc. Et vates ōr poeta ꝑut Virgilius/Therentius/Ouidius. Et vates.i. sacerdos Jouis q̄ vaticinabatur futura. ¶ Construe. Uates est sortilegus: ve ꝑ vel vates.i. ppheta/vel poeta/vel sacerdos. hic et hec vates.

vehemēs. **Spiritus inde malus vehemens est ve qz mēti.**
Ingerit: ac bonus hinc quoniā sic subtrahit illi.

¶ Autor hic ponit qꝫ hoc nomē vehemens sumitur duobus modis. s. in bona significatione ꝛ in mala. Et sic spiritus malus dicitur esse vehemens: qz suggerit. id est infecit mēti ve. id est dolorem vel fauorem. ¶ Et spūs bonꝰ dicitur esse vehemens: tunc quia subtrahit ve. id est dolorē a mente. Unde scribitur. Factus est sonus vehemēs spiritus. ¶ Uehemēs secundū hugu: id est furiosus quasi habēs ve in mente:ꝛ sic cōponitur a ve:et habeo/es. et mens mētis. vel a ve:quod est sine ꝛ mens quasi sine mente. vel componitur a veho/is.ꝛ mens quasi qui vehitur a mente. Et vehemēs aliquādo dicitur fortis: vt iste habet vehementem causam.i. fortem. Et forte in illa sigtione sumitur ibi spiritus vehemēs mētis.i. fortis. Et declinatur hic et hec et hoc vehemens: gtō hūus vehementis. ꝛc.

Nauis habet velum monialis sic quoꝙ tẽplum. Velum.

¶ Hic docet autor ꝙ velum habet tres significatiões. Nam velum ptinet ad nauẽ. s. illud linteamẽ quo vehitur nauis in pulsum venti (a sayle). Et velum ptinet ad monialẽ. Uñ ór. Iste mulier accepit velum id est illud nigrũ pepium: quo cooperiũtur in capite monialis. ¶ Et velum pertinet ad templũ. Uñ scribit. Et velum tẽpli scissum est. Et dicitur velũ de velo, as. id est tegere. ¶ Construe. Nauis hz velum: ꝛ monialis hz velũ: ꝛ templum habet velũ. Et velum est illud linteũ qđ pendet in choro ecclesie tpe quadragesimali: ꝛ quid sigt docetur in libro mysteriorũ Johannis.

Pota venena nocent/fuscatur lana veneno. Uenena.
Et turpis virgo/sua perlinit ora veneno.

¶ Hic autor docet ꝙ hoc nomẽ venenũ est illũ quo hausto vel comesto moritur homo. vñ Theodolus. Cõuge viperũ donec suadẽte venenũ inficit totũ corp⁹ sicut tinctura pannũ. Et venenum est vnguẽtum quo mulieres meretrices inungũt facies suas: vt lenonibus suis appareant pulchriores. Hug. dicit hec venena/ne. q: ꝙ venas eat: aliter nisi tãgeret sanguinẽ nõ noceret. ¶ Cõstrue. Uenena pota nocẽt: ꝛ lana fuscat .i. tingit veneno. i. tictura. vñ Boeti⁹ de ꝓso. li. ỹ. Nec lucida vellera sepe tyrio miscere veneno. i. tinctura: ꝛ turpis virgo. i. turpis meretrix/plinit. i. pungit ora sua. i. faciẽ suã/ veneno. i. tinctura. vcz albo vnguento seu fusco: vt appareat pulchra.

Est verbum christus/verbum deceptio/verbum Uerbum
Uox hominis: verbum sic pars octaua vocatur.

¶ Autor docet ꝙ hoc nomẽ verbũ/bi. hz quatuor significatiões. Nã ỹbũ. i. filius dei: vt ibi. In principio erat verbũ. ꝛ ibi. Uerbũ caro factũ est. Et verbũ. i. deceptio. Uerba dat omnis amãs. i. deceptiones. Et verbum. i. sermo: vt ibi. Quid facitũt enses si te leuis aura fatigat. Uerba quidẽ nõ sunt verbera: verba times. vt ibi. Demophon vẽtis ꝛ verba ꝛ vela dedisti. Uela q: ror ỹba carere fide: verba. i. sermones: ꝛ sunt versus Ouidij in libro heroidum siue epistolarũ: in epistola quã misit phillis Demophonti. ¶ Uerbuz est pars oratiõis: vt patet in donato ꝛ prisciano. ¶ Cõstrue. Xp̃s. i. fil⁹ dei est verbũ: ꝛ vox hominis est verbum: ꝛ deceptio est verbũ: octaua pars. i. vna de octo partibus orationis vocatur verbum.

Est tria vindicta libertas/vicio virga. Uindicta

¶ Hic dicit autor ꝙ hoc nomẽ vindicta/te. habet tres significatiões. Nam vindicta. i. libertas. Ut Iste cõsecutus est pienam vindictam. i. libertatem. Uindicta. i. vltio. Galterus in alexãdreidos primo. Transfer vindictã donec ꝓ transeat ira. vindictã. i. vltionẽ. Uindicta ór virga pastoris cum qua facit liberos qui fuerunt serui: alio nomine rudis dicitur.

Eua virago/minerua virago/viriqz magistra. Uirago.

¶ hoc nomē virago tribus modis dicitur. Nā ena prima pars dicebatur virago: qr de viri costa acta et facta fuit. Virago. id est minerua dea sapiē-tie siue sciētie vt esse: qr de cerebro viri scilicet Jouis fingitur fuisse genita. Virago vt quelibet vxor que dominatur viro suo. Et dicitur virago quasi virum agens. i. ducens quo vult. ¶ Constructio patet.

Vola. Est vola pars palme/pars ale/pars pedis ima.

¶ Autor hic docet q hec vola/le. equiocak ad tria. Nam est pars manus iuxta illud. In medio tendi vix est vola plena sciēdi. ¶ Vola est pars ale p quam volucris volat. Vola. id est planta: ⁊ sic est ima pars pedis. i. latior et ampliot. anglice (the sole of the fote).

Vir. Vir notat etatem/sexum/sponsum/probitatem.

¶ hic docet autor q hoc nomē vir quatuor significat. Primo etatem: sicut ille qui puenit ad etatem virilem. Unde paulus. Cum eram parulus: loquebar vt parulus. Cū aūt factꝰ sum vir euacuabā ea que erāt parulī. Vir enim discernit sexū: vt cum dubiuz sit. an ille vir vel femina. Vir ponit p marito: sed cum adiecto: vt vir ille/meus/aut tuus. ⁊c. Itē viri sigt virtuosum aut pbum. vñ dicitur viriliter agite. i. virtuose: ⁊ similiter apud Pamphilum. Si locus affuerit te precor esse virum. id est probum. ¶ Construe. Vir notat etatem/⁊ sexum/⁊ sponsum/et probitatem.

Uber. Mammam/fertile/fertilitatem denotat vber.

¶ hic docet autor q hoc nomē vber habet tres significatiōes. Nam vber. id est māma. Et dicuntur vbera quasi vuera: quia humida sunt et humore lactis in modū vuarum plena. Et declinatur hoc vber/beris. Et inde hic ⁊ hec ⁊ hoc vber vberis. id est fertilis. ¶ Item vber. id est ipsa fertilitas. Unde vberosus/a. um. i. abundans: ⁊ hec vbertas/vbertatis. id est abundantia vel copia. ¶ Construe. Uber denotat māmam: vber denotat fertile/⁊ fertilitatem: ⁊ comparatur vber vberior vberrimus.

Vua. Occulat os/vuam/sic vinea fertilis vuam.

¶ Uua equiocatur ad duo. Nam vua est pellicula pendēs in gutture hominis. anglice (a flape). ¶ Uua est de qua vinum extrahitur (a grape).
¶ Construe. Os occulit. i. tegit vuā. id est illam pelliculam carnis: et fertilis vinea/occulit. id est tegit vuam. id est vuas.
¶ Et vinea est locus vel hortus in quo crescunt vites.

Usus. Utilitas/exercitium/mos dicitur vsus.

¶ hic docet autor q hoc nomē vsus habet tres sigtiōes. Primo. i. vtilitas. Usui meo nō conuenit ociari. i. vtilitati mee. Usus. i. exercitiū. Usus promptum reddit artificem. Pamphilus. Usus ⁊ ars docuit qō sapit os homo. id est exercitiū. Usus. i. mos vel cōsuetudo, vt ille habet bonū vsum regen-

di se.i.bonum morem. Uel sic. Bonus vsus est apud eos.id est bonus mos.
¶ Construe. Usus ōr vtilitas/ꝛ exercitium/et mos.i.consuetudo.

Fert vacat indulget caret et placet ꝫ superūdat Et vacat est vacuum pro cessa sepe repertum.

Uacat.

¶ hic docet autor q vacat habet plures sigtiones. Uacare.i.indulgere. Ut iste vacat lectioni sue.i.indulget. ¶ Et vacare.i.carere:ꝛ tūc cōstruitur cum ablō casu. vt vaco nūmis.i.denarijs. ¶ Et vacat.i.placet. vt vacat mi chi scribere.i.placet:ꝛ tūc est verbum impersonale. ¶ Et vacare.i.superundare:sic vnda vacat pelagi.ibi vacat.i.superundat. ¶ Et vacare.i.esse vel fieri vacuū. hec est eius ptopria significatio ꝛ oēs alie significationes redolent illam. Cum enim dico vaco lectioni.i.ac si dicerē. Uacuus sum ab alijs rebus ꝛ insisto lectioni. ¶ Et vacare.i.cessare. vt iste vacat a studio.i.cessat.
¶ Construe. hoc verbū vacat fert.i.significat ista sex indulget caret placet ac.et vacet est idem quod vacuum:ꝛ tunc est impersonale. vacat est repertum.i.inuentum pro hoc verbo cessat:ꝛ est neutrum.

Qui valet ille potest ꝫ qui valet hic validus sit.

Ualere.

¶ Ualeo vales hꝫ duas sigtiones. Primo valere posse. vt iste valet facere.i. potest facere. ¶ Et valere.i.validū esse vel fieri. Cum dicitur. iste est valēs homo.i.validus homo. ¶ Construe. Ille valet qui potest:ꝛ ille valet qui sit validus. ¶ Et hoc verbum salue comprehendit vale et aue.
¶ Item valeo vales aliquādo est bene valere:et aliquando perire: vt sicut patet inferius. Dicit;aue veniēs de ure valeq recedens. hoc verbum salue comprehendit aueq valeq.

Ut discedenti sic dico vale morienti.

Uale/lete

¶ Dicit q hoc verbū vale duobus modis accipitur. Aliquando vale dicitur amico recedenti a nobis vel absenti:vt quādo aliquis recedit a nobis dicimus vale vel valete. Et etiam quādo scribim⁹ absenti dicimus in fine epistole vel littere vale vel valete.
¶ Item vale dicitur alicui morienti qui nunq reuersurus est.
¶ Construe. Ut scilicet sicut ego dico discedenti scilicet amico vale. Sic dico morienti vale.

Accipitur valeat pro queat et pereat:

Ualeat.

¶ hic autor dicit q hoc verbū valeat potest sumi in bona significatione et in mala significatione. In bona quādo accipitur:tūc idem est quod queat id est potēs sit vel bene sit:vt valeat amicus meus sine fine. id est potēs sit et bene sit/sit sine fine.
¶ Et valeat.id est pereat vel moriatur. vt valeāt inimici regis.i.pereāt et moriantur:in qua significatione fertur. Quidam posuisse ibi vbi dicitur. Et sotor et coniunx valeant et conscia nutrix.
¶ Construe, hoc verbum valeat accipitur pro queat et pereat.

Valitudo Est infirme valitudo tua sic quoq; firme.
A valeo ve vale dissimiliq; modo.

¶ hic autor dicit q; hec dictio valitudo duob⁹ modis accipit. Nã valitudo.i.infirmitas siue periculũ mortis:ꝛ tũc deriuat a valeo/les.p pertrevel mortis:ꝛ valitudo incolumitas est vel sanitas:ꝛ tũc deriuat de vale valete:sine de valco/es.fm quod accipit in bona sigtione scz p bene esse. ¶ Et nota q; i primo versu est pẽtimemeros.improprie thi sumpta i ista syllaba de ista dictiõe valitudo q̃ corripit et debet produci. ¶ Cõstrue.O infirme h;õ tua valitudo est.s.periculũ tuũ vel infirmitas tua.ꝛ o firme.i.o sane homo tua valitudo est scz sanitas tua vel columitas siue ꝓsperitas.Et ista dictio valitudo est qõ ꝺr ab isto ꝟbo valeo ve ꝓ vel:vel ab isto ꝟbo vale qõ est defectiuũ fm quosdã.q; ꝓ ꝛ:ꝛ hoc dissimili modo ꝺr:vt supius est edoctũ.Et cõingak valeo/es.qõ est ꝟbũ aliqñ pertinẽs ad preciũ:ꝛ tunc construik cũ gtõ precio nõ determinato:vt iste liber valet tanti quanti constitit. Et cuz actõ abltõ precij determiati:vt equ⁹ dñi mei valet viginti libras vel viginti libris. Tamẽ aliqñ cõstruik cũ actõ precij determinati:sz hoc inoleunt abusu non arte:vt quantũ valet liber:ꝛ sic de consto/stas.vñ Ouidius de vetula. Non curat enim quantum sibi constet dũmodo lucretur

verro/ris Sub verro/ris.tu quatuor equiuocabis
Uerro facit mundo:sulcoq; deleo furor
Hinc quoq; verriculũ sus verres fur quoq; ꝺres.

¶ hic autor docet q; hoc verbũ verro/ris.hz quatuor sigtiones quas probant ab eo nata deriuatiua.Nã verro.i.mũdo/as.ꝛ tũc deriuak ab eo hoc verriculũ/li.que scopa vel scoba ꝺr illud quo domus scopatur vel purgak. anglice(a besom). Item verriculũ/li.est genus rhetis aut nauis pscatoria. ¶ Itẽ verro/is.i.sulco/as.Unde in alexandreidos.x.capitulo vltimo.Uerrim⁹ equoreos fluctus.qr̃.i.sulcamus cũ nauib⁹;ꝛ tũc ab eo ꝺr (fm autorẽ istum) hic verres/ris.Et est verres aper:a verrendo terrã dictus:qr cũ rostro verrit terrã.i.sulcat terrã.Deriuatur thi fm Hugui.verres a viris:qr magnas vires habet. ¶ Itẽ verro/is.i.furor/aris.aut deleo/les.qr qui furatur delet res.i.tollit res ꝛ abigit ꝛ asportat eas:et tũc deriuak ab eo hic verres/ris.ꝓpriũ nomẽ cuiusdam viri (qui fuit magnus fur) et tunc ponitur p quolibet fure. Uñ Matheus.Est verres vicio furti pollutus honesti. Expers ad raptũ ꝓnus:ad arma piger:ꝛ est zeuma a principio. ¶ Cõstrue. Tu lector equiuocabis quatuor scz sigtiones sub illo verbo verro/ris.facit.i.signat mundo/as.q; pro ꝛ/ꝛ sulco/as.et deleo/es.et furor/aris. ¶ Et ista sunt quatuor verba ad que equiuocak verro/is.quoq; ꝓ certe.hinc.i. ab illo verbo deriuank ista scz hoc verriculum/li.hic verres/sue.i.existens/sus.id est aper aut porcus cũ testiculis.anglice (a bore) quoq; ꝓ ꝛ:ꝛ verres existens fur.ꝛc.Ista superius exponuntur.

¶ Et cõingatur Uerro/ris.verri/aut versi.versum versu in supino. Alexãder in doctrinali. Ri vel si verro versum q; supino. ¶ Item alius docet quo modo ista tria verba verto/verro/et vergo faciunt preterita et supina. ¶ Si verro/si vergo/ri verrere vel si.his tribus est versum verbis cõe supinũ.hoc est ꝟto/tis.facit in preterito verti.vergo facit ꝟsi.verro facit ver

¶ Ti verto vergo/ri.ſi.verrere vel ſi.His tribus eſt verſus verbis cõmune ſupinũ.Hoc eſt verto/tis.facit in p̃terito verti.vergo facit verſi.verto facit verri aut verſi.Et oia ista tria verba faciũt in ſupinis verſum/verſu.Alius dixit.Uerto facit verſum vergo verro quoq; verſum.Et eſt verro actiuũ.

Uideo.

Deſignat video viſum habere vel vti
Uiſu cautelam pariterq; p̃obabileq; ſignat.

¶ Autor dicit q; video/es.ere.pluribꝰ modis accipit.P̃ti no.i.habere viſũ aut vti viſu.¶ Et eſt differẽtia inter videre/aſpicere/ꝛ intueri.Uidemꝰ natura/aſpicimus voluntate/intuemur cura.Item videre.i.cauere:vt viſũ eſt michi cauere ſic facere.i.cautũ eſt michi facere.Et in euangelio.Quid ad nos.tu videris.i.caueris.Et videre eſt p̃babiliꝰ intelligere vel ſentire:vt vides ne iſtã qõnẽ.i.an ne p̃babiliter intelligis vel ſentis.Nota q; video/es.eſt actiuũ:ꝛ nõ corripit hãc ſyllabã vt in p̃ſti:ſed eã p̃ducit in preterito p̃fecto.Unũ.Multi videre qne nõ licuere videre:primũ videre eſt preteritũ ip̃s perfectũ:ꝛ producit vi.i.viderũt.ꝛ vltimũ videre eſt p̃ns ip̃a infinitiui modi ꝛ corripit primã.Nota q; Ruffinus Catholicon (qui priſcianũ allegat)videre a te.ibi videre eſt paſſiuũ.vt videor eſſe bonus.ibi eſt deponens.
¶ Conſtrue.Hoc verbum video deſignat.i.ſignificat vel habere viſum:vel vti viſu:q; pro ꝛ:ſignificat cautelam et pariter probabile.

Uocare.

Me vocat acclamãs:vocat hic me nomẽ adaptãs
Qui ciet ille vocat:et vocat eccleſia.

¶ Autor dicit q; voco/as.quatuor modis ſumitur.Primo.i.clamare ſic ibi Magiſter clamat p te.Uocare.i.nomen imponere puero ad oſtiũ eccleſie.ſicut ibi.Uocabãt eũ nole p̃ns ſui zachariã.Uocare.i ciere.q; idem eſt q; excitare/monere:ſicut ibi.Uocauit eũ ad irã.i.excitauit.Et vocare eſt aliquẽ vel aliquos ad bonã vitã incitare:ſicut eccl̃ia vocat pctõres ad pniam Et voco/as.eſt actiuũ.¶ Con.Aliq; vocat me:ꝛ ille q; ciet.i.monet vel excitat vocat:ꝛ eccleſia vocat.i.monet peccatores ad penitentiã vel ſurgere de peccatis per confeſſionẽ oris/contritionẽ cordis:ꝛ ſatiſfactionẽ operis.

Uoueo.

Nos exoptando/nos promittendo vouemus
Non ſua quiſquis vouet/domino quoq; noſtra vouemus.

¶ Dicit q; voueo habet duas ſignificationes.Primo.i.exoptare.ſicut ibi.voueo q; feciſſem libũ.i.exopto vel deſidero q; feciſſem.Item vouere.i.p̃mittere.ibi.Uoueto dño ꝛ reddite.i.p̃mittite.Et ꝓponit cũ de et ob:devoueo/es.ere.i.valde vel deoriſus vouere:vel maledicere:vel execrari.Et ꝓvoueo/es.ere.i.ſimul vouere.Et revoueo/es.ere.i.iterũ vouere.Et ẽ voueo actiuũ cũ oibꝰ ſuis ꝓpoſitis:ꝛ corripit hãc ſyllabam vo in p̃ſenti:ꝛ inde formatis ab eo.Sed in p̃terito perfecto p̃ducit vo:et in omnibus formatis ab eo.Et cõiugatur voueo/es.voui/votum.ere.¶ Conſtrue.Nos vouemus exoptando.i.deſiderãdo:ꝛ nos vouendo promittendo:vt iſte vouit ire ad ſanctum Jacobum.Deinde ſubiũgit exẽpla dicens.Quiſquis.id eſt quilibet homo

vouet.id est desiderat nō sua.i.alia ꝯ sua.q; pro et/et vouemus domino.i. deo (qui solus est dominus vota nostra).

Votum. Affectum promissa preces: votum tibi signat.

¶ Autor docet q; hoc nomē votū/ti. equiuocatur ad tria. Primo.s. affectus quod idem est qđ desiderū. Et votum.i. pmissum: vt iste reddit votū suum. id est pmissum: & tunc dicatur de voueo/ues.ere.i. promittere. Itē votū.i. oratio/supplicatio/preces nostras. Sicut ibi. Uota nostra quesum⁹ domine clemēter exaudi.i. preces nostras. ¶ Cōstrue. Uotū signat tibi affectū.i. desiderium: et promissa.id est promissum: et preces.i. precem.
¶ Numerus pro numero causa metri ponitur.

Volo. Vult tria significat placet & pretendit & optat.

¶ Autor docet equiuocationē in isto ꝟbo volo vis. qđ habet tres sīgtiōes. Primo.i. placet. vt volo michi bene hoc fieri. Et volo significat pretēdere & sic deriuatur ab eo. hic vultus/us.ut.i. facies: q; vultus pretēdit voluntatem mētis hominis. Unde quidā. In vultu legitur hominis quid delatet intus. Et volo.i. opto hoc fieri. Item a volo deriuat volitus/a.um. quo vocabulo vtuntur theologi nostri. Sic hoc est volitū a deo q; ego sum.i. deus vult q; ego sum. Et volo/vis/lui. sine supino anomalum neutrum.

Vlciscor. Dicitur vlciscor hostes vlciscor amicos
Exponit primum de nobis proq; secundum.

¶ Autor dicit q; hoc verbū vlciscor/eris. vltus sum/vlcisci: secundum quod dicitur vlciscor hostes. id est capio vltionem. id est vindictam de hostibus. Sed vlciscor amicos exponitur accipio vltionē p amicis. ¶ Similiter vlciscor vno modo exponit. Accipio vltionē de te. Alio modo exponitur. Accipio vltionem pro te. id est vindicabo te.
¶ Construe. Ulciscor hostes dicit: et vlciscor amicos. De illa prepositio exponit primū sc; vlciscor hostes. i. de hostib⁹. q; p v. t ista prepositio pro exponit nobis fm sc; vlciscor amicos. i. vlciscor p amicis. Et est vlciscor ꝟbum deponēs. Inde hic vltor/vltoris. hec vltrix/vltricis. ¶ Et pōt declinari hic et hec & hoc vltrix/tricis. media ꝓducta. Et vltus/a.um. qđ cepe accipitur in significatione pessima. Unde multus/a.um. i. non vltus.

Vbi. Est infinitum reddit rogat est vbi postq;.

¶ Hic docet autor q; hoc ādverbiū vbi sumit aliqñ infinitiue: vt ibi. Est vbi dat munus vires amor. nō enī dicit in quo loco hoc est: sed infinitiue vi. nē. Ponit redditiue vel retributiue: vt ibi. Reddam tibi vt potero. Item vbi ponit interrogatiue: cū dico. Ubi fuisti tamdiu. Et vbi.i. postq;: in qua significatione accipit multotiens apud poetas. Unde Ouidius in libro metha. Sic vbi deseruit madidos cirēfluus agros. vbi.i. postq;. Salustius. Ubi ꝓsueris mature opus est facto. i. postq; accepisti cōsiliū opus facere. Et etiā

opus. Boetius de consolatione libro primo prosa prima. Que ibi poeticas musas nr̃o vidit assistẽtes thoro/vbi.i. postꝫ. ¶ Cõstrue. Hoc aduerbium vbi est infinitiuũ.i. tenet infinitiue/et redditiue.i. tenetur redditiue vel retributiue/rogat.i. tenetur interrogatiue. et vbi.i. postꝫ.

Unde refert/querit/loca causam materiamqꝫ. de aduer.

¶ hic autor docet q hoc aduerbiũ vnde/aliqñ tenet relatiue. vt ego sũ vñ et tu. Et vnde querit locũ. Ut vnde venisti.i. de quibus locis venisti. Et vñ querit materiam de qua aliquid est factum. sic vnde est iste cultellus. id est de qua materia est factus: sci icet vtrum de qualibe aut de ferro.
¶ Cõstrue. Uñ refert.i. tenetur relatiue. ꝙ vnde querit. qꝫ p ꝙ materiã. nã.

Ut ꝯtum/ꝯuis/vt qualiter equiuocabis Ut sicut postꝯ/quatinus/ac vtinam.

¶ Autor hic ponit q hec dictio vt multis modis accipit. Primo p ꝯtum. Heu me miserũ vt pecco.i. ꝯtum pecco. Et vt.i. vtinam. Horatiꝰ in sermonibus. Jupiter vt pereat positum rubigine ferrum.i. o iupiter vtinam ferrũ positũ rubigine pereat. Et vt.id est ꝯuis. Unde Ouidius. Protinus vt venias facta videbor anus. vt id est ꝯuis: ptinus.i. cito. videbor.i. apparebo facta anus. id est vetula. Et est versus in libro heroidum. ¶ Ut.i. qualiter Ouid. pontho. Cernis vt ignauũ corrũpunt ocia corpus. Ut capiant vitiũ an moneãtur aque/cernis. id est an percipis. vt id est qualiter ocia corrum punt ignauũ corpus. id est desidiosum ꝙ pigrũ corpus. anglice (slawe) quasi diceret sicut aque capiunt vitiũ.i. corrumpũtur ꝙ putrescũt nisi moneãtur de vno loco ad alium sic. ꝙ. Et est bonũ prouerbiũ cõtra istos qui nolũt labores ꝓpter segniciem et torporem: tales nãqꝫ solent ad pessima vitia declinari. Item vt ponitur p sicut. Ouid. Ut redditꝫ ferat longũ formica per agmen. ꝙ tẽ vt.i. postꝫ sicut hic. Istud quidam opus vt fecero volo ad aliud trãsferre. vt fecero ibi est postꝫ fecero. Itẽ vt.i. quatinus vt hic. Rogote vt destines equũ michi. vt ibi. id est quatinus. ¶ Cõstrue. Tu equiuocabis vt ꝯtum et vt ꝯuis: vt qualiter. vt sicut postꝯ. vt quatinus. ac p et. et vtinã.i. omnia ꝯtum ista significat vt sicut iam patet per exempla.

Quatinus et sicut/hec duo signat vti. de ꝯiũctio

¶ Autor docet hic q hec dictio vti duobꝰ modis accipit. Primo pro quatinus vt rogo te vti facias hoc.i. quatinꝰ facias hoc. ¶ Et vti p sicut sepius reperitur. Uñ boetius vbi supra. Uestes erant tenuissimis filis.i. subtili artificio indissolubili materia pfecte: quas vti post eadem prudente cognouisti manibus ipsa texuerat. ibi vti ponitur p sicut ꝙ tunc corripit primam syllabam. Sed quãdo est infinitiuus modus de vtor/vteris ꝓducit primã Uñ quidã ait. Uuat seruꝰ vti qui parvo nescit. vti.i. ille vivat vti seruus. id est sicut seruus q̃ nescit vti parvo. i. mediate diuitiarũ. ¶ Cõstrue. Hec conjunctio siue aduerbiũ vti significat hec duo scz quatinus ꝙ sicut.

Nomen dic vtrum coniunctio dicitur vtrum.

¶ hic docet autor q hec dictio vtrũ aliquãdo est nomẽ aliquãdo cõiũctio

Sit nomē qñ sic dico. vtru istorū duoꝝ alaliū currit. i. alterū istoꝝ duū animaliū aut hic. vtrū istoꝝ duoꝝ holm video. i. vnū aut alterū istoꝝ duoꝝ holm video. Et declinatur vter vtra vtrū. et est proprie distributiuū: et ꝓprie duorū: sicut ostendo duos currentes ūr vterꝙ istorum currit. Sed hoc nomē quilibet distribuit inter plures ꝙ duos: sicut ostēdo plures aut multos currentes dicitur quilibet istoꝝ currit. Item vtrū est coniunctio: et tunc ponitur ꝓ an/aut ꝓ ve/qū idē est quod an: vt hic. Tu nescis vtrū stelle celi sint pares aut impares. Uñ in Anticlaudiano in primo folio primi libri statim post principiū in secūdo capᵒ. Nec subitos animi motus perpessa repente. Currit ad hec opa sed adhuc deliberat vtrum. Possit ad liberam rōnis signat pensat. Ibi vtrum ponitur pro an possit.

Uel. **Uel dicas etiam: vel saltem: vel quoꝝ siue vtrū.**

¶ hic autor docet q̄ hec cōiunctio vel habet tres sigtiones. Nam idez est qū etiam. vt hic. Qui virtute sua superat vel aromata cūcta: et est versus cuiusdā libri q̄ vocatur physiologus: et sic debet construi. Omnipotēti deo referimus gratias qui superat virtute sua: vel id est etiā cūcta aromata. i. cunctas species pretiosas. Item vel idem est qū saltem. vt ibi. Si non suis vatibus credat vel gētilibus. vel ibi. i. saltē. ¶ Construe istū versum sic. Si iudea nō credat. i. nō velit credere suis vatib⁹. i. suis ꝓpriis ꝓphetis scilicet Ysaie. yeremie ꝛ hmōi. de incarnatiōe xp̄i: credat vel gētilib⁹. i. saltē gentilibus scz vatibus. i. versib⁹ sibille: q̄versus facit apte loquētes de incarnatiōe iesu xp̄i. Itē vel idē est qū sive sicut cōmuniter accipitur. vt henric⁹ vel hereticus scribit. ¶ Construe. O tu lector dicas hāc cōiugationē vel idem qū etiā: ꝛ dicas vel idem qū saltē. quoꝝ ꝓ et. ꝛ dicas vel idē quod sive.

Xantus. **Xantus rex grecie fuerat/fluuius quoꝝ troie.**

¶ hic autor docet q̄ hoc nomē xantus habet duas sigtiones. Nam xāt⁹ fuit proprium nomen cuiusdam regis qui quondā regnauit in certa insula oceani qua saturnus primo regnauit. Uñ theodolus sic. Prim⁹ creteis saturnus venit ab oris. Que q̄dē insula nūc vocat vulgo candy. ¶ Item xantus vocat fluui⁹ q̄ est in phrigia qua sita fuit troia. ¶ Cōstrue Xantus fuerat rex crete. quoꝝ ꝓ et. ꝛ xantus est fluuius troie. id est frigie. Et est frigia pars asie. ¶ Nota hec creta crete. anglice (chalke).

Xennia. **Xennia ꝓmia: xennia munera: seu benefacta.**

¶ Autor dicit q̄ hoc nomen xenniū hz tres significationes. Nam xennia. i. ꝓmia. vt si xp̄m sequeris tu xennia magna mereris. ¶ Itē xenniū mun⁹ paruū vel qcūqꝝ mun⁹ sive magnū sive paruū missum alicui (a ꝓsente). Uñ q̄dā. xennia q̄ nobis mittis tibi multiplico bis. ¶ Itē xenniū benefactū seu bñficiū qū aliqs fecerit alicui. Uñ q̄dā. Do grates vobis ꝓpt̄ data xennia nobis. i. ꝓpt̄ bñficta vr̄a collata nobis. Xēniū ūr a xēnies qū est pegrinū. Et cōponit xenniū cū ex/ꝛ ūr xenniū idē qū xennitū. ¶ Cō. Xennia sunt ꝓmia/et xennia sunt munera/et xennia sunt benefacta. id est beneficia.

zelus. **zelus amoꝝ tibi sit imitatio sit tibi zelus**
zelus suspitio: zelus inuidia.

¶ Et zelus. i. imitatio. Tñ zelo zelas. id est imitari. id est sequi. vt ibi. Nec zelaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. i. ne sequaris vel imiteris faciẽtes iniquitatẽ. ¶ Item zelus est suppositio habita de forma mulieris vel viri. Et dicitur. anglice (ielyous) sicut aliquis habet zelũ super vxorem suã vel alĩ mulierem credens eam adulterari propter formam aut pulchritudinem suam. ¶ Item zelus. i. inuidia. sic ibi. zelus dom⁹ tue comedit me. i. inuidia quam habui propter pſperitatem domus tue/comedit me. id est corrosit me/aut torquebat me. id est cor meum.

Et sic finito libro equiuocorum.

Equiuoca legi/que metri lege coegi
Et libet illa legi/pueris quibus ipsa legi.

¶ Finito libro equiuocoꝝ siue equinocationũ: autor hic istos duos versus annectit. In q̃bus duo dicit. Primo q̃ ipse inuuit dictiões istas equiuocas (taliter qualiter hic ponũtur) in libris autẽticis quos plegit. ꝛ hoc ibi. Equiuoca legi: ꝛ per hoc significat librum suũ autẽticũ dum. ¶ Secundo dicit se compilasse illum tractatũ pro pueris et non pro prouectis: ꝛ hoc ibi cum dicit. Et libet illa legi. ꝛc. Et in hoc excusat se de humilitate stili/quo librũ suũ cõscripsit ad vtilitatẽ precipue pueroꝝ. ¶ Construe. Ego legi equiuoca hec scz in libris autorum: que scz equiuoca coegi. id est coniunxi vel collegi/lege. i. cum lege metri. Et libet. i. placet. illa scz equiuoca legi. id est plegi. vel doceri pueris id est nouellis discipulis quibus. id est pro quibus. vel ad quoꝝ vtilitatem ego peregi. i. feci. ipsa scz equiuoca. ꝛc.

Carmen ad sanctam eucharistiam.

Fausti poete laureati ac regij. Ad sanctam eucharistiam Carmen.

O Pia que sacrũ libamina pascitis agnum
O pura indigna victima cesa manu.
Ad tua confugio vitali mistica gestu
Ceruus vt ad vitreas currit anhelus aquas.
Est mea confiteor vario mens icta reatu
Penitet admissi noxia corda mali.
Intima discrutiant sensus tormẽta profundos
Et fluit in mestos sedula gutta sinus.
Labitur aeria preceps seu flumen ab alpe
Et fel preterito nectare maius adest.
Confessas has terge notas: animamq; precãtem
Perpetuo pascas hostia vera cibo.
Que tua sincera libant sacra corpora mente
Ora queunt tristi nulla perire fame.
Si mea non tanti sunt tecta capacia regis
Candidus attrito pectore supplet amor.
Ipse adamas durus solo fit sanguine mollis
Flecteris a prono mitior ore deus.

Eiusdem de virgine christum crucifixum in gremio suo deflente Carmen.

Heu heu ꝙ summo genitrix astricta dolore.
Ecce fouet mesto pignora cesa sinu.
Non sic phebo confossos vulnere natos
Asperlit miseris fletibus orba parens.
Nec sicheliades: si vera est fama sorores.

Carmen de mãria virgine.

Defleuerunt fratris fata cruenta sui.
Ut pia deplorat laceratis virgo capillis
Plangit et insana pectora nuda manu.
Qualis ℞ogygio menas stimulata furore
Attonita immensis questibus astra replet:
Interdum exhausta est defesso lingua palato
Et torpet rauco mutus in ore sonus.
Siccaq; consumptis modo luĩa deserit humor.
Amissiq; cadens sensibus illa riget.
Phydiaca celata manu ceu marmora friget
Amissiq; cadens sensibus illa riget.
Usq; adeo caros dolor implacabilis artus
Imaq; sollicitus congelat ossa pauor.
Ut redeunt solite reuelata in corpora vires
Lamentum infelix maius adorsa nouat.
Uix etiam gladio p℞ecordia sentit acuto
Et nullo tantum pectore vulnus hiat.
Infantem cupidis x℘m cum stringeret vlnis
Hec sunt fatidico vaticinata sene.
At non crudelis tam vastus vulneris ictus
Nec sunt venturi credita damna mali.
Quis x℘m humana trutinãdum lance putasset
Sed reus indigno iudice factus obit.
Corpora nõ cernis multo percussa flagello
Queq; sacrum penetrans spinea serta caput.
Non sublime vides quo fixa est victima lignũ
Quinaq; iudea vulnera facta manu.
Impia quin etiã perpessum funera christum
Concussa insuetis motibus aru , docent
Cecus et amissa phebeus lampade vultus
Pallidaq; obscuris cynthia tecta rotis.

Hic liber quartus

Atq; chaos metuens iterum natura vetustum
Monstraq; sunt tantum testificata nephas
Jure igitur sparsa est materno ex ore querela
Jure rigat tristes plurima gutta sinus
Nos quoq; funerea succincti veste gemamus
Atq; humili tutam mente rogemus opem
Scilicet vt nostro letalem ex corpore pestem
Et quodcūq; fuget virgo benigna malum
Nam nisi nos solita misera pietate fruamur
Nullus ab instanti peste superstes erit.

Finis.

Liber equiuocoꝝ quoꝝndam vocabuloꝝ secūdum ordinem alphabeti: vna cum interpretatiõe Anglice lingue explicit. Adiūcto carmine de sancta eucharistia: & de virgine christum crucifixum in gremio suo deflente Impressus Londonijs p wynandū de worde. in vico vulgariter nūcupato (the fletestrete) ad signum solis commorantem. Anno domini Millesimo q̄ngētesimo. xviij. die. xx. mensis Februarij.

2 JY 61